246

Nicolai de Lyra
Tractatus de discordia nostre translationis ab ebraica super veritatis testimonio.
De mysteriis scripture sacre.
Très beau manuscrit du 14e siècle dont le parchemin est très blanc et bien conservé; format in fol.

De Mysteriis Scripture Sacre
by
Nicolai de Lyra
Ms. of the 14th century written on parchment

Tractatus de differentia nostre translationis ab hebraica littera veteris testamenti. N. de Lyra.

Sapienciam scribe in tempore vacuitatis. Ecc. xxxviii.
Scriptura sacra proprie sapientia nominatur. Deut. iiii.
Hec est sapientia vestra et intellectus coram populis. Et
ideo postquam auxiliante deo scripsi super totam sacram
scripturam. Primo super libros qui canonici dicuntur. Postea super
illos qui non sunt de canone prout distinguit beatus Jeronimus in
prologo galeato qui ponitur in biblijs post libros regum. Deinde quia
michi vacat adhuc tempus ad scribendum de eius consilio con
fidens disposui secundum sapientis consilium applicare calamum ad signandum
loca veteris testamenti in quibus translatio nostra videtur ab ebra
yca littera variari motus ad hoc triplici racione. Prima est quia
licet scribendo super vetus testamentum tales variationes in pluribus
locis tetigerim tamen in hoc opere propono plures ponere et aliquas
breves expositiones aliquando inserere ad maiorem intelligentiam
veritatis. Secunda est quia quamvis scribendo super vetus testa
mentum brevitati studuerim quantum potui bono modo tamen
totum opus propter sui magnitudinem faciliter haberi non potest a pau
peribus studiosis. Propter quod ante opusculum haberi poterit a quolibet studi
oso. Tercia est quia dicte variationes expedicius videri poterunt
cum simul segregati ab alijs erunt scripte. Sic igitur procedam
quod incipiendo a genesi signabo capitula per ordinem in quibus
est aliquid dicendum alia subticendo. Loca vero capitulorum signabo
per litteras sicut in concordancijs fieri consuevit. Ponam etiam
primo litteram translationis nostre et litteram ebraicam consequenter
et consimiliter faciam in alijs libris secundum graciam a domino mi
nistrandam. Notandum quod in hoc opere ubi ponitur glosa sine de
terminatione intelligendum est de glosa hebraica. Incipit

Primo capitulo a. Terra autem erat inanis et vacua. liber genesis
hebraice et terra erat vastitas et vacuitas. Secundum hanc litteram ex Cap. primum.
posui duplicem expositionem in genesi. Et secundum unam nomine terre significatur
materia omnium corporalium sub celo empirreo creatum producta sub una
forma communi utpote corporeitas in genere sine carens omni forma
celesti et elementari specifica et per consequens valde imperfecta quod magis
proprie designatur per hoc quod dicitur vastitas et vacuitas in abstracto
quam inanis et vacua in concreto sicut de homine valde paupere non

ſolum dicat q ſit pauper et vacuus ſed ipa paupertas ¶ Secundum expoſitio
ne alia nomine terre ſignificat elementum terre productum ſub forma ſpecia
et accidentibus ipam inſeparabiliter concomitantibus erat tamen ad
huc coopertum aquis ⁊ ſic carens omni ornatu plantarum ⁊ animalium
⁊ p ons valde imperfecta reſpectu ſui ipius ornande qui deſtus mag
proprie deſignatur p nomina abſtracta quia p concreta ut pdcm e
Item dixitque deus · fiat lux ⁊ facta e lux · hebre ⁊ dixit deus ſit
lux ⁊ fuit lux productio ⁊ alie ſequentes fuerunt inſtantanee qd
magis proprie videtur exprimi p ſit et fuit ⁊ factum eſt quia fieri frequen
cius accipitur p motum ſeu mutatione temporatam meſuratam quam pinſta
tanea ⁊ ſic conſequenter dicitur in hebreo ſit firmamentum in medio aquarum
et infra ſint luminaria in firmamento celi ubi tranſlacio noſtra habet fiat
⁊ fiant ¶ Item · b · ⁊ lignum pomiferum · hebraice · ⁊ lignum fructus ·
ex hoc dicunt hebrei q ligna et pomata ⁊ eorum fructus fuerunt eiuſdem
ſaporis q videtur ficticium quia res tunc fuerunt producte in conditio
nibus convenientibus ſue nature ſecundum vero naturam non convenit
q ligna et fructus eorum ſint eiuſdem ſaporis g° ⁊c ¶ Nec valz
eorum motivum quia infra xxv° ubi eſau dicitur vir agricola in
hebreo dicitur vir agri · per hoc tamen ſecundum eos non deſignatur qd
ipius ⁊ agri ſit eadem conditio · ſz quod fuit cultor agrorum
vel exercens venaciones in eis ſeu latrocinia ut ipi dicunt ⁊ eodem
modo cum dicitur hic lignum fructus ſignificatur q ſit fructus producti
vum · q magis proprie per noſtram tranſlacionem exprimitur · cum dicitur
lignum pomiferum ¶ Item · b · Sed fons aſcendebat de terra irrigans
vniuerſam ſuperficiem terre · Heb · ⁊ nubes aſcendet de terra ad ir
rigandum totam ſuperficiem terre · Refertur autem litera ad productionem
herbarum ⁊ plantarum tercia die factam virtute diuina per quam aque late
tes ſub arida aſcenderunt ad ſuperficiem totius aride ⁊ ex commixtione
illarum cum terra producte fuerunt ſubito herbe ⁊ plante diuina
virtute deus vero aſcenſus aquarum dicitur hic fons eo q habuit mo
dum fontis · litera vero hebraica referenda eſt ad productionem herbarum
⁊ plantarum factam virtute nature poſt opera ſeptem dierum que ſit per hoc
q vapores humidi ſurſum elevantur ⁊ in aere condenſantur in
nubes que reſolvuntur in pluuias terram irrigantes ⁊ ſic ex ea
modo naturali pullulant herbe ⁊ plante ut ſit ſenſus et nubes
aſcendet de terra · q · d · Primo terra protulit herbas ⁊ plantas modo

supernaturali sed de terra profert modo naturali nubibus eam irrigantibus et ponitur hic singulare pro plurali. scilicet cum dicitur. Nubes ascendebat pro nubes ascendebant sicut exo. viii. venit musca gravissima .i. multitudo muscarum ¶ Item eodem capitulo .b. formavit dominus hominem de limo terre. Heb. et formavit deus hominem de pulvere terre et consonat ei quod dicitur infra .iii. cap°. Ipsi adam donec revertaris in terram de qua sumptus es quia pulvis es et in pulverem reverteris quod non est sic intelligendum quod corpus ade de sola terra fuerit formatum cum fuerit compositum ex iiii^or elementis Sed dicitur esse de terra vel de pulvere terre eo quod terra est ibi a dominio respectu aliorum elementorum. ¶ Item .c. plantaverat autem dominus paradysum voluptatis a principio .i. tercia die in qua produxerit herbas et plantas. Heb. et plantavit dominus ortum in delicijs orientis .i. in parte orientali terre deliciosa et amena valde et sic translacio nostra refertur ad tempus productionis paradysi terrestris sed hebraica littera refertur ad locum quia secundum omnes loquentes de paradyso terrestri ponitur in parte orientali et tempus productionis tercia die et sic utraque littera est vera ¶ Item .d. et nomen fluvij tercij tigris Heb. et nomen fluvij tercij hydequel et tamen est hoc nomen proprium et primum tercij fluvij sicut physon est nomen primi et gyon secundi et postea vocatus est tygris eo quod in velocitate cursus assimilatur animali quod vocatur tygris tempore vero translacionis Biblie primum nomen erat quasi deletum de memorijs hominum et secundum erat publicum et notum propter quod translator accepit ipsum dimittendo primum .... ¶

Item .d. Ipse vadit contra assyrios. Heb. ipse vadit ad oriente assur. Ratio huius diversitatis est quia dictio hebraica que ponitur hic .s. quidemna aliquando accipitur pro contra et aliquando pro oriente. et sic translacio nostra unam habet significationem hebraica littera aliam ut patet. ¶ Item .e. faciamus ei adiutorium simile sibi et postea. ade vero non inveniebatur adiutor similis sibi. Hebraice faciamus ei adiutorium contra eum. et postea ade vero non inveniebatur adiutor contra eum. In generatione enim requiritur virtus activa et passiva correspondens actue quasi contra eam divisa.

In generatione enim hominis virtus activa est in viro passiva vero in muliere Ideo dicitur adiutorium et adiutor contra virum sicut proprium passivum correspondens activo et quia vir et mulier sunt eiusdem speciei translator noster posuit adiutorium simile et adiutor similis sibi.

Tercio capitulo · c · Tu autem insidiaberis calcaneo eius · i · mordere poteris
eam in inferiori parte et non in superiori eo quod serpens super terram ince
dit reptando · heb. et tu sufflabis calcaneum suum quia serpens mor
dendo emittit sibilum ¶ Item · f · Sub viri potestate eris · heb. desi
derium tuum a viro tuo · i · expectabis · Mulier enim desiderat prolem
victum et vestitum decentem que habet a viro ¶ Item · f · Maledicta
terra in opere tuo · heb. maledicta terra propter te · i · propter peccatum tuum erit steril
Ideo subditur spinas et tribulos germinabit tibi ¶ Quarto capitulo
a · Si bene egeris recipies · i · mercedem a deo Si autem male statim
in foribus peccatum aderit · i · peccatum tuum erit ita patens michi
sicut illud quod est in hostio domus patet transeuntibus · heb. Si
bene egeris indulgebitur · i · tibi peccatum odii quod contra fratrem tuum
concepisti Si autem non bene egeris ad hostium peccatum erit accubans
· i · ad hostium sepulchri tui peccatum tuum servabitur in futuro punien
dum sic exponit glossa ebraica ¶ Item · a · dixitque cayn ad abel
fratrem suum egrediamur foras cumque essent in agro etc. et sic patet
quod ex textu hebraico non habetur quod cayn dixit abel fratri suo propter quod
de hoc varie dicitur · translator enim noster dicit quod dixit sibi e
grediamur in agrum ut patet ex dictis · Ieronimus libro de hebraicis
questionibus dicit quod cayn retulit ipsa abel verba domini su
posita ipsum monens cur irasceris etc. · hebrei dicunt quod dixit ei verba
iniuriosa sed que sint illa determinate non dicunt · primum dictum raciona
bilius michi videtur ¶ Item · b · Vox sanguinis fratris tui cla
mat ad me de terra · Glossa heb. vox sanguinum abel et sue posteritatis
quam in abel cayn quodammodo occidit ¶ Item · c · Omnis qui occi
derit cayn · septuplum punietur · heb. Omnis occidens cayn ·
septemis punietur · Non videtur autem racionabile quod occidens cayn
pessimum septuplum sit puniendus quam cayn occisor fratris
sui innocentis et ideo dicunt · heb. quod cum dicitur · omnis occidens
cayn hic est punctus et subintelligitur graviter punietur sicut ii · Reg.
v. Qui percusserit iebuzeum subintelligitur · fiet princeps mili
cie quod autem subditur Septemis punietur · refertur ad cayn
penam temporalem quam post multas miserias illatas sibi in vi ·
generacionibus lameth occidit in septima generacione · Fuit enim
lameth sextus ab adam habens filios adultos quando occidit cayn
et sic septima generacio iam currebat ideo dicitur septemis punietur.

i· in septem generationibus ¶ Item f· ipse fuit pater canencium in cythara
et organo· heb' ipse fuit pater canencium in viella et cythara ¶ In toto enim
veteri testamento inter alia instrumenta musica non fit mencio de viella secundum
translacionem nostram quod est satis mirabile· cum sit nobilissimum instrumentum
videntur in hoc translatores defecisse cum hebrei hic de ipsa faciant men-
cionem ¶ Item f· ipse fuit malleator et faber in cuncta opera eris et ferri
hebrei ipse fuit limator in omni artificio eris et ferri Et sic nostra translacio
exprimit principium artificij nam incipit a malleacione· hebraica vero circa
finem· nam opera eris et ferri limantur in fine ad decorem ¶ Item g· Iste
cepit invocare nomen domini non quia invenit quasdam oraciones devotas
que ante non fuerant licet aliqui alij iusti alijs modis deum orarent
heb' tunc cepit vocari nomen domini i· attribui soli et lune et milicie
celi non ab ipso enos qui fuit bonus et sanctus sed ab ydolatris qui ceperunt
ydolatrare ¶ Quinto capitulo g· Iste consolabitur nos ab operibus et labo-
ribus manuum nostrarum· heb' ipse faciet nos quiescere ab operibus nostris
et labore manuum nostrarum dicunt enim hebrei quod noe invenit artem aran-
di et sic laborem culture terre que prius fiebat per homines transtulit
pro maiori parte ad animalia et sic fecit homines quiescere a laboribus
suis pro magna parte et in hoc fuerunt consolati sicut translacio nostra
dicit· Aliqui hebrei dicunt quod hec est litera Iste quiescet a nobis eo quod alijs
morientibus in diluvio ipse evasit cum sua domo ¶ Sexto capitulo
a· videntes autem filij dei filias hominum etc quod exponunt latini de fi-
lijs seth· qui primo fuerunt boni et religiosi· propter quod dicuntur filij dei
sed postea concupiscencia depravati acceperunt uxores de filiabus
cayn· heb' Et viderunt filij elohym filias hominum etc· dicunt heb' quod elohym
est hic nomen plurale significat principes vel iudices qui dicuntur dij participa-
tive· Exo· xxij· applicabitur ad deos i· ad iudices· dicunt enim quod tempore
noe filij principum et potentum rapiebant uxores et filias subditorum
eas carnaliter cognoscendo ¶ Item a· non permanebit spiritus meus
i· indignacio mea in homine i· contra hominem in eternum· i· pena
eius non est irremediabilis sicut est pena angeli quia caro est· i·
homo pronitate ad malum erratum aggravante spiritum humanum que non est
in spiritu angelico heb' non contendet spiritus meus in homine loquitur
enim scriptura de deo quasi de homine in se ipso contendente de aliquo
faciendo vel dimittendo eo quod habet raciones moventes ad utramque
partem sed quando determinatur ad unam cessat talis contencio· q· d·

deus nunc determino finem de destructione generis humani per diluvium
et subditur ideo quia ano est .i. totaliter deditus opibus animis quod notatur
per hoc quod dicitur ano in abstracto sicut de homine multum liberali non
solum dicitur quod sit liberalis sed ipsa liberalitas ¶ Sciendum tamen quod de libera
eo non est mendo per diversos actus intelligendi et volendi sicut est in nobis
non unico actu et eterno intelligit et vult omnia sed quia divina non possumus
apprehendere nisi per modum nostrum intelligendi ideo scriptura sic loquitur
Gregorius in moralibus balbuciendo prout possumus excelsa dei
resonamus ¶ Item f. ostium autem arche pones in latere deorsum cena
cula et tristega facies in ea. heb. et ostium arche in latere eius pones infi
ma secunda et tertia. Nam in archa fuerunt una super aliam inferior dicta
sentina media apotheca divisa in duas partes ex transverso arche et
in una parte reposite fuerunt herbe in alia fructus tertia que fuit superior
divisa in tres in media istarum tertiarum habitabant homines et aves in du
abus lateralibus animalia in una animalia mitia in alia immitia per
modum hic figuratum.



Et totus patet cum dicitur in translatione
nostra. ostium autem arche pones in la
tere. ibi exponitur deorsum cenacula et
tristega facies in ea .i. tres mansio
nes predictas ita quod per illud deorsum
significatur infima per cenacula
media eo quod erat in duas divisa per
tristega superior in tres partes divi
sa et per consequens habuit tria tecta qui
tectum dividitur sicut et mansio illa ¶ Septimo autem c. Septimo die in
rupti sunt omnes fontes etc. heb. xvii die mensis rupti sunt etc. et videtur littera
nostra corrupta per scriptores quia libri nostri correcti habent xvii. ¶ Item c.
Et cataracte celi aperte sunt. heb. et fenestre celi etc. Et autem cataracta
via subterranea per quam fluit aqua ad similitudinem huius nubes dicuntur
cataracte quando fluunt ex eis pluvie magne dicuntur et fenestre. nam in talibus
pluviis sunt communiter tonitrua per que videtur celum aperiri. propter quod
per hoc quod dicitur in hebreo. et fenestre sunt insinuari videtur quod tunc non
solum fuit pluvia grandis. sed etiam tonitrua et coruscationes licet in
textu non exprimatur. ¶ Item .G. et inclusit eum deforis. heb. et clau
sit dominus pro eo .i. pro noe. erat enim intra archam et ideo non poterat

bituminare ostium arche a parte exteriori s. dominus suppleuit quod ipse
non poterat ¶ Octauo capitulo a. et imminute sunt aque. heb. et quieue
runt aque s. ab augmento s. fuerunt in tali statu per aliquod tempus ut uidetur
quia postea dicitur et ceperunt minui post c. l. dies ¶ Item reque
uit archa mense septimo xxvii die mensis super montes armenie
heb. et requieuit archa mense vii. xvii die mensis super montes
ararath et dicit heb. quod ararath non significat armeniam sed aliam terram
sic dictam montes tamen sunt inter medii pretensi a bona terra usque ad
aliam propter quod potest nominari abutraque. ¶ Item qui egredie
batur et non reuertebatur donec siccarentur aque secundum latinos per
hoc donec non est intelligendum quod reuersus sunt postea quia contraria
sit adiudicanea sicut dicitur math. 1º de ioseph et maria et non cognos
cebat eam donec peperit etc. quia post partum eam non cognouit.
heb. et egressus est exiens et reuertens usque ad siccationem aquarum quia
secundum heb. coruus emissus de archa non iuit ad faciendum legationem
suam s. uolitabat circa archam querens reingredi propter quod Noe
emisit columbam. possit autem sic concordari quod translatio nostra expres
sit intentionem noe s. in sua reuersione apportaret aliquod signum
desiccatione aquarum littera uero hebraica exprimit corui defectum ¶
Nono capitulo b. quicumque effuderit sanguinem humanum etc. heb. effun
dens sanguinem hominis in homine i. existentem in corpore hominis
nam effundens sanguinem iam extractum de eo non incurrit penam
illam sicut patet de effundente sanguinem hominis existente in vase
per minutionem iam extractum ¶ Item c. Cumque obduxero nubibus
celum apparebit arcus meus etc. heb. et erit in nube mea nubes su
per terram et uidebitur arcus in nube secundum philosophum in libro metheororum
in generatione iridis requiritur duplex nubes una rorida et alia den
sa que continet roridam per modum speculi et hoc exprimitur magis per
litteram hebraicam quam per nostram ut patet ex dictis ¶ Decimo capitulo
f. de sem quoque nati sunt patres omnium filiorum heb. heber de sem quoque
nati sunt s. filii ipse est pater omnium filiorum transitus. heber enim uno modo
nomen est proprium cuiusdam hominis descendentis a sem ut habetur hic gene
et sic accipiunt doctores latini alio modo est nomen appellatiuum et significat
transitum et sic accipiunt doctores hebrei dicentes quod filii sem uolentes
se ab aliis separare transierunt unum flumen ad habitandum ultra propter
hoc dicti sunt filii transitus ¶ Item f. Japhet maiore et sic littera maioe

refertur ad ſem qui fuit maior fratribus ſuis dignitate eo quod xpiſtus
de eo deſcendit · heb · ſic iaphet maioris ſ · etate fuit enim ſenior ipſo
ſem · dicitur enim infra vi° ca° · ſem ſere centum erat annorum quando genu
it arphaxat biennio poſt diluuium et ſup capo vi° dicitur · Noe vero
cum quingentorum eet annorum genuit ſem · cham et iaphet · ex quo patet
quod generare cepit anno etatis ſue quingenteſimo et ibidem ſubditur · quod anno
eius vi · incepit diluuium quod durauit per annum et ſic in principio
diluuij ſem non fuit · c · annorum ſed deficiebant tres anni · Noe vero
incepit generare quingenteſimo anno ut dictum e et ſic primogenitus eius
fuit · c · annorum in principio diluuij vel ſaltem infra annum illum ex quo ſequitur ·
quod primogenitus eius non fuit ſem ſed magis iaphet quod videtur
ex hoc quod generationes eius in principio decimi capituli deſcribuntur · ante
generationes cham et ſem ¶ XI · capitulo · a · antequam diuidamur · hebrei ne
forte diuidamur · fuerunt enim duplex motiuum edificandi unum ut per
hoc remaneret eorum memoria poſt diuiſionem per terras · aliud ut re
colligerent ſe in illo edificio ſi rediret diluuium tranſlator non expri
mit unum · ſed hebraica aliud ¶ Item · a · ceperuntque hoc agere nec
deſiſtent a cogitationibus ſuis et ſubintelligitur niſi impediantur ·
heb · et ceperunt agere et nunc non prohibebitur eis · q · d · ymo prohibe
bitur eis per potenciam meam confundente linguas eorum ¶
Item a eritque benedictus · heb · eritque benedictio et in hoc notatur · excel
lencia benedictionis abrahe per nomen abſtractum ut ſupra dictum eſt
in ſimili ¶ Item xii · capitulo a · egredere de terra tua · heb · vade
tibi ſicut eſt ad utilitatem tuam de terra tua etc · ¶ xiii capitulo · a ·
Erat autem abraham diues valde in poſſeſſione argenti et auri
heb · et fuit abbraham grauis vel honoratus multum in auro et
argento · dicitur grauis propter pondera auri et argenti et honoratus
quia rex egipti ſibi dederat ad honorandum ipſum ¶ xiiii · capitulo
a · et arioch rex ponti heb · et arioch rex elaſar hoc fuit nomen
primum illius terre ſed poſtea mutatum e ſicut de multis alijs terris
et ciuitatibus tranſlator autem non accepit ultimum nomen quod
erat publicum et notum ¶ Item c · in valle ſilueſtri · hebrei in val
le camporum · ſunt forte ex una parte ſiluam et ex altera terram ara
bilem et ex utraque potuit nominari ¶ Item f · in valle ſale ·
hebrei in valle ſaue · i · plana vel equali et videtur quod tranſlator
credidit quod ſaue eet nomen proprium et ſic tranſtulit · ſed poſtea vito

scriptorum positum est · b · pro · n · ¶ Item f · a sil o subtegminis
usque ad corrigiam calige · heb · a sil o usque ad corrigiam sotularis
eiusdem tamen est sensus · i · nec minimam rem accipiam ate ¶ xv°
capitulo · a · et filius procuratoris domus mee iste damascus eliez
eris heres meus · heb · i · filii mei certi non hunc hic erit heres
meus sed postea ut subditur · et erit vernaculus meus et erit heres meus
¶ Item · g · semini tuo dabo terram hanc · heb · semini tuo dedi terram
hanc · hec enim promissio sic erat certa de futuro ac si iam esset in facto
quia sic erat in ordinatione divina que est immutabilis · Non
sic est autem de promissione divina quod fit secundum hominum merita nam illa
subintelligitur conditio si bene se gesserint · ut · i · re · ii° dixit dominus
bely loquens locutus sum ut domus patris tui ministraret in con/
spectu meo in sempiternum nunc autem dicit dominus absit hoc a me
et cetera ¶ xvi · capitulo · b · Inique agis contra me · heb · iniuria
mea · i · michi illata contra te quia ego et tu sumus una caro in
matrimonio vel aliter · sumpte imputabitur tibi ad peccatum quia debes
corrigere ¶ Item ff · eam concepisti secundum latinos intelligitur
de conceptu preterito de habraam · secundum hebreos intelligitur de concep
tu presenti · quia sicut dicunt passa fuerat abortivum sed iterum con/
cepit ad vocem angeli ¶ Item f · hic vidi posteriora videntis
me hebreus hic vidi post visionem meam · i · postquam videram
angelum in domo abrahe · vidi iterum hic in deserto ¶ Item
xviii · capitulo · a · afferam pavillum aque · glosa · et cetera per ministrum
hoc fecit abbraham ¶ xix · capitulo · a · omnis populus simul · hebre omnis
populus a fine · i · a finibus civitatis ¶ Ite d · respiciensque uxor
eius post se · heb · i respexitque uxor eius post eum · quia respex
it in ordinato affectu versus civitatem unde recesserat loth et sic respex
it post eum ¶ xx · capitulo · g · hoc tibi in velamen oculorum ad omnes
qui tecum sunt · hic modus loquendi quo dixisti virum tuum esse fra
trem tuum per quem velatur veritas scilicet quod sit vir tuus sic tibi ad illos qui
te noverunt tamen nam per hoc decipientur credentes te esse sine viro sed
tu convinceris tali modo loquendi non utaris et ideo subditur · et quocumque per
rexeris eos illos qui te cognoscunt memento te esse deprehensam · i ·
a me acceptam in uxorem · propter istius veritatis velamen · heb · hoc tibi
in velamen oculorum omnibus qui tecum sunt et ad omnes argumentum
glosa · illud quod dedi abbrahe quem dixisti fratrem tuum esse prohibebit ·

illos qui tecu sunt elevare oculos ad te despiciendu · tamquam a me
cognita carnaliter et ad omnes alios erit argumentu tue mundicie
quoniam tanta fama non dedissem nisi fuissem compulsus ex divino miraculo
propter te facto ¶ xxi · capitulo · e · Iura michi per dominum ne noceat michi et posteris
meis stirpique mee · Hebraica · Iura michi in deum hoc non falsificabis · scilicet fraud
dolu nec malum michi et filio meo et nepoti meo ¶ Ex quo videtur quod hic
iuramentum non obligabat ad semper sed tantum ad tria tempora · scilicet patris
et filii et nepotis que faciunt tres generationes · nam supra xv · capitulo in
fine dicebat dominus abrahe quod quarta generatione filii sui reverterentur
ad terram illam expellendo habitatores propter iniquitatem suam et ideo iuramentum
suum non poterat se extendere nisi usque ad quartam generationem exclusive
et ideo tu dicitur in translatione nostra · iura michi etc. · per posteros abimelech ·
intelliguntur eius filii · per stirpem eius nepotes ¶ xxii · capitulo · e · ubi
est victima holocausti et sic quod translatio nostra per generale nomen exprimitur
Hebraica exprimit per nomen speciale · victima · id est · non solum fit de agno sed et
de omni animali ymolato · pro sacrificio tamen sic quod sumit quoniam abraham frequen
tius faceret holocaustum de agno · quam de alio animali ¶ Item e · vidit que
post tergum arietem · Hebraica · et vidit et ecce aries post haerens cornibus
hec propositio post referri potest ad locum huius visionis et sic accepit
translator noster addens tergum quod non habetur in hebreo sed tamen post indeter
minate potest referri ad tempus visionis et sic accipit Ra · Sa · sic ex
ponens · post · scilicet verba angeli loquentis abrahe ¶ xxiiii · capitulo · e · Abiit
perrexit in mezopotamiam · Hebraica · et venit in aram fluviorum Civitas vero ·
in qua erat rebecca hebraice vocatur aram fluviorum quoniam sita erat inter
duos fluvios greece vero mesopotamia dicitur a meso quod est medium et po
tamos quod est fluvius translator autem accepit nomen grecum quod erat
tempore suo magis publicum et notum ¶ Item e · egressus est ad hominem
ubi erat foris aliqui libri habent ubi erat fons et utrumque est verum
Nam Hebraica sic habet et venit ad hominem foris ad fontem ¶ Item e · pro
tulit vir inaures aureas appendentes siclos duos · Hebraica · et accepit
vir ad dandum rebecce inaurem auream ponderis dimidii sicli · Ex ·
namque xxxviii ponitur eadem dictio hebraica que ponitur hic pro dimidio
siclo ¶ Sciendum igitur quod pondera multum variantur in diversis terris
marca enim in una terra multo maior est quam in alia et similiter talentum
et sic potuit esse quod siclus in palestina ubi manebat abraham erat
duplex ad siclum mesopotamie et sic eadem est penitus sententia hebraici

textus ⁊ latini siclam in hebreo dicit̃ inaurem auream ponderis dimidij sicli quod facit integru sicluum mesopotaie ¶ Item ait dicitur in aure auream ponit̃ singlare pro plurale sicut frequẽt fit in scriptura no͂ est eni͂ visile q̄ dedit rebecce ornamentum p una aure tantu͂ s; pro duabus ⁊c̃. hnt̃ duo sicli ponderis mesopotaie ¶ Ite q̄. at illa cito tollens palliu͂ operuit se hebre. et accepit ciniplam vł capitegiu ⁊ operuit se. visile est q̄ vtrumq; fecit s; aptando corpus suu͂ ⁊ caput suu͂ ut coram sponso suo honestius appereret ⁊ tnslao͂ ma vnu͂ expmit ⁊ hebraica lra a. vel alr. idem notatur hic palliu ⁊ capitegiu na͂ in plurib; tris mulieres honeste pallio suo caput operiunt ¶ xxv. d. coram cunctis fratribus suis obijt. hebre. cora͂ cunct' fratribus suis contentorizauit. verbu͂ n hebraicu q̄ b' port̃. s naphal vno modo sic ficat cadere ⁊c. accepit tnslator m' pones obijt pcedidit quia mors est casus. alio modo signt tentorizauit .i. tentoria fixit ⁊ hoc modo accipiunt iudei ⁊ consonat ei q̄ sup'. vij. ca͂o. de ypo dicit̃ e regione vniversorum fratrum suorum figet tentoria ¶ Ite. e. deprecatusq; e ysaac dominum pro vxore sua. heb'. ⁊ depcatus est ysaac dnm̃ contra vxorem suam. In eadem domo orabant p conceptu rebecce. s; rebecca orabat in pte vna ysaac in pte opposita ideo dicit̃ orare contra eam sicut in ecclia vnus chorus cantat contra aliu laudando deum ¶ xxvj. ca͂o. f. abymelech ⁊ ochozat amicus eius ⁊ scdm hoc ochozath e nome ppriu. heb'. abymelech ⁊ congregatio amicorum eius ⁊ sic ochozath e nome appllatiuu͂ signs congregatione ¶ xxvij ca͂o. f. In pinguedine tre ⁊ in rore celi desup erit bndictio tua. heb'. in pinguedine tre erit habitacio tua ⁊ in rore celi desuper ⁊ scdm hoc ysaac imprecando boni esaw no͂ fuit vsus nomine bndictionis sed quia tal' imprecacio boni in scriptura frequent̃ benedictio nominatur io translator s'. accep. ¶ xxviij ca͂o. d. cumq; venisset ad quendam locu ⁊ vellet i eo requiescere. heb'. ⁊ occurrit in loco ⁊ hospitatus est ibi ille eni͂ locus reputabat̃ scus pp oblacione ysaac ibi factum io voluit ibi iacob pernoctare ⁊ orare p direccione vie sue ¶ xxix ca͂o. d. ⁊ postquam expleti sunt dies mensis vnij. heb'. ⁊ habitauit cu eo mense dierum. ex hoc pz q̄ in scriptura accipit̃ mensis annorum contra q̄ dimidit mensis dierum sicut ebdomada annorum cont̃ ebdomada

dictum ¶ Item · e · Quare liam supposuisti michi · hebrei · lib'
ma correcta Quare imposuisti michi · i · decepisti ¶ xxx · capitulo a ·
Non pro deo ego sum qui priuaui te fructu ventris tui · hebre · Nonne
loco dei ego qui abstulisti a te fructum ventris tui · et sic patet quod li pro
deo non est inminenti sed est assertio quod solus deus reddiderat eam steri
lem ad tempus tantum ¶ Item f · Cunctum ante grege unicolo
rem · i · albi et nigri velleris tradidit in manus filiorum filiorum suorum
hec littera sonat quod totaliter alba et totaliter nigra fuerunt tradita filiis
laban pascenda quod est falsum secundum omnes expositores hebraicos et lati
nos et habetur ex textu · heb' · Cunctum gregem in quo erat album filiorum
suorum et accipietur · hic in quo erat album non pro albedine totius vel
leris sed pro macula alba in nigro vellere nam animal ille potius fuit
cum ruffis et maculosis et sic nigrum · hic videtur autem littera nostra primo
fuisse corrupta per scriptores ponentes unum colorem pro omni colore et
postea per aliquem imperitum expositorem qui sequens dictam corruptionem
addidit · i · albi et nigri velleris quod non est in hebreo · et sic videtur quod ista
fuit littera nostra cunctum ante grege omnem colorem · i · natum in colore
quocumque modo et omnem ruffum dedit in manus filiorum suorum et sic
est eadem cum hebraica in sententia ¶ xxxi · capitulo · a · Mutauit mercedem
meam · x · vicibus · heb' · Mutauit mercedem meam · x · numeracionibus
Et quia denarius est primus limes in numeracionis · Ideo dicunt
hebrei quod mutauit mercedem iacob decies · x · denarius que faci
unt · c · vicies sed hoc est falsum Nam infra eodem capitulo dicitur quod iacob
seruiuit in domo laban xx · annis · viiii · pro filiabus in quibus fuit
tantum una mutacio mercedis s · supponendo lyam pro rachele et
vi · annis pro gregibus in quibus non potuit merces mutari ‡
per x · vices nam oues illius terre pariunt bis in anno quod ante
iacob merces esset in gregibus patet ex textu ¶ xxxiii · capitulo · g ·
transiuitque in salem urbem sichimorum · et secundum hoc sale est nomen
proprium urbis · heb' · et venit iacob salem · i · integer ad ciuitatem
sichem quia nichil perdiderat de rebus suis in via propter quod erexit
altare ad reddendum deo gratias et sic sale est nomen appellatiuum
quod autem ciuitas ad quam venit iacob vocatur sichem et non salem
satis patet ex textu ¶ Item g · emitque partem agri a ' centum
agnis · heb' · et emit partem agri a ' centum obolis quanti vero
valoris fuerint isti oboli non habetur ex textu nec utrum fuerit
‡ Nonaginta nouem vicibus sed fere potuit mutari · p · x

aurei vel argentei s; sedm textum hebraicu fuerat precu int iacob
et emor s; quia iacob habundabat in gregibus soluit valore pcij
in agris sicut dicit tnslacio nra ¶ xxxiiij. cao. g. quibus paciatis
audart. hoc no est in hebreo s; additu fuit a tnslatore ¶ xxxv. cap.
d. egressus aut inde venit ad eam que ducit eufratam i. betle
hem. heb. et movit inde f. de bethel et adhuc erat spaciu tre usq; intra
tu effrate iacob n. in itinere eius nondu venat betlehem sed ad
huc distabat quando rachel cepit parere et periclitari pre dolore et co
pulsus fuit ibi manere usquequo fuiss; ibidem sepulta iuxta que
viam ¶ Item d. vosq; nome loci dom9 dei. hebreus et vocavit ia
cob nome loci in quo locutus est deus bethel hoc nome imposu
erat ei sup. xxviij. cao. s; hic reiteravit ipm confirmando et quia
bethel interpretatr dom9 dei tnslator posuit hic interpretacom pro no
mine hebraico ¶ xxxvj. cao. c. iste est ana qui invenit aquas cali
das in solitudine. i. fonte aque calide. hebre. ille est anam qui
invenit mulas in deserto i. modu generandi mulas quia fecit
ascendere asinos super equas et consonat ei qd subdit. cu pasceret a
sinos sebeo pris sui. dicco em hebraica que ponitr hic equivo. est ad
calorem aquar et ad generacone mular et sic translacio nra het vna
significacone. heb. aliam et forsitan invenit aquas calidas et modu
generandi mulas ¶ xxxvij cao. a. accusavitq; fres apud prem cri
mine pessimo. hebre. et retulit ioseph rixam eorum pessima pri
eor ut corrigeret filij namq; lie despiciebant filios ancillarum
sicut suos et inde oriebatr. rixa int eos que est pessima int fres
¶ Item f. vendiderunt eum ysmahelitis. xxx. argenteis. hebre.
het xx. argenteis et sic hnt libri nri correcti ¶ Item puchifar
magistro milicie. hebre. puchi principi carnificu. diccio hebraica
que ponitr ibi sonat principi laniatorum milites aut laniant
homines in bello et carnifices animalia in macello tnslator accepit
primu. heb. vo tenet scdm ¶ xxxviij cao. a. vidit ibi filia hois
cananei. heb. et vidit ibi filiam mercatoris cananeus em no
me est equivocu ad hominem oriundum de tra canaan et ad
mercatorem vn. puer. xxxj. sindonem fecit et vendidit et cingu
lum tradidit chananeo i. mercatori translator accepit primu
hebreus scdm ¶ Item c. accepit teristru et mutato habitu et c. hebre.
grimplam et involuit se. faciem suam ne cognosceret ¶ Item.

c · ꝛ ſedit in aperto · hebre · ꝛ ſedit in apto uiſionis nam uidetur
ex pluribus partibus ¶ Item f · heat ꝰ tte mendatiū non potiit
nos arguere · heb · heat ſibi ut non ſimus contemptui · q · dicet
no querat amplius ne factum meū diuulgetur ad confuſione
meam ¶ Ite · g · Iuſtior me eſt · heb · iuſtificata eſt p ſigna q̄
miſit de me ſimplr eſt impregnata ¶ xxxix · ca° b · nec q̄cq̄
aliud nouat niſi pane quo veſcebatur q̄ exponit aliqui
de yoſeph · q̄ nichil reportabat de ſuitute ſua niſi victū · heb
ꝛ reliquit quicq̄ hebat in manu ioſeph ꝛ no ſciuit cū eo aliquit
niſi pane que comedebat ꝛ refertur ad dnm ioſeph a quo pete
bat ioſeph omi ſero q̄ vellet comedē in craſtinū ꝛ hꝰ · ſolū ſciebat
cū ioſeph de rebus ptinentibus ad domū ſua ꝛ hoc pȝ ex hꝰ · q̄ ſequitur
poſtea ecce dominus meus omnibus mi traditis ignorat quit
heat in domo ſua ¶ xl · ca° · a · ſꝫ cuſtos carceris tradit eos in
manꝰ ioſeph · heb · ꝛ prefecit pnceps carniſicu ioſeph eis · no
e viſſime quia ille qui preerat incarceratū ioſeph ſeruiat ei
iſtam grām ſꝫ dicit · hoc feciſſe quia ſimus ſimꝰ ſ · cuſtos carceris
hoc fecit ſicut tranſlacio nrā dicit ¶ Item g · auferat pharao
capud tuū · heb · numerabit pharao capud tuum ſ · int̄ miniſtros ſu
it numeratus coram rege qui et recordatꝰ ſit ſui condempnit eū
ad morte ¶ xli · ca° clamante precone ut oīs corā eo genu
flecteret · heb · ꝛ clamauit corā abrec quod in hebraica lingwa
ſignat patre tenerū ꝛ conuenit ipi ioſeph qui dicitur pat̄ rone ſapie
ꝛ tener rone etatis in lingwa no ſyra frequent utit̄ uetus teſta
mentum ſignat prem reg̃ · ꝛ hoc conſonat dco yoſeph infra xlv ·
caplo qui fecit me quaſi prem pharaonis · vtꝝ an in aliqua ling
wa ſignificet genuflectionem neſcio / niſi p quāto tranſlator
hꝰ dicit poſſꝫ tamen dici q̄ forte ſic tranſtulit eo q̄ corā talibus
ſolꝫ aſſuebatis genuflecti · ſicut dicit̄ de aman · heſt · iii° ¶ Item
e ꝛ uocauit eū lingwa egyptiaca ſaluatorem mundi · heb · ꝛ uocauit
pharao nome ioſeph ſaphonas paena · q̄ in hebreo ſonat expo
nes occulta nam ioſeph expoſuit ſompnia regis pincerne
ꝛ piſtoris · vtrū aut̄ in egyptiaca lingwa ſignificet ſaluatore
mundi neſcio niſi p quāto tranſlator hoc dicit ¶ Item e · filia
putiſaris ſacerdotis heliopoleos · heb · filiam putiſarae ſacerdot
on · dicit ante · Ieronimꝰ libro de hebraicis queſtionibus q̄ iſte e

ille qui emit yoseph ſz infrigidatus fuit adeo ne abuteret[ur] ioseph
in concubitu sodomito [et] sic translatus fuit de principatu milicie
ad principatu sacerdocij in quo ponebant[ur] castrati vel infrigidati
ſz comu[ni]ter. hoc est q[uod] iste habet in fine nominis sui l[itte]ram ayin que sonat
sicut dyptongus ae. ille aut[em] no[n] habet nec argumentu[m] de sacerdo
tio videtur vale quia dico hebraica que ponit[ur] h[ic] s[cilicet] cohen eq[ui]
voca est ad sacerdote [et] maiore sive principe. io dicunt aliqui he
brei q[uod] hec est vera l[itte]ra filiam maioris vel principis On. q[uod] e[st] no[men]
antiq[ui]ssime civitatis que postea vocata fuit heliopoleos greco
ab elyos q[uod] est sol [et] polis civitas tra[n]slator accepit nome[n] mag[is]
publicu[m] [et] notu[m] ¶ xlij. ca[pitul]o. a. audiens aut[em] iacob [et]c. heb[raic]e. [et] vidit
iacob deo sibi revelante ut dic[itur]. Ra. Sa. ſz hoc est filij quia sudit[ur].
quare negligentes [et]c. non possent aut[em] reprehendere de negligē
cia nisi [con]stitissent q[uod] frumentu[m] in egypto venderet[ur]. p[ro]p[ter] q[uod] ipsi [et]
iacob sciverunt h[oc] per famam publicam io subditur. audivi q[uod]
triticu[m] venundet[ur] in egypto [et] io q[uod] in hebreo dicit[ur] [et] vidit iacob.
ponit[ur] vidit p[ro] audivit sicut exo. xx. ¶ Cunctus aut[em] p[o]p[u]l[u]s vide
bat voces ¶ xliij[o]. ca[pitul]o. d. hodie mecu[m] sunt comesturi. heb[raic]e.
mecu[m] comedent viri in meridie. [et] sic translacio n[ost]ra exprimit
diem [et] hebraica l[itte]ra horam ¶ xlv. ca[pitul]o. g. quasi de gravi somp
no evigilans tu[m] non credebat eis. heb[raic]e. [et] transilijt cor eius [et] no[n]
credidit. sic e[ni]m solet cor hominis subito immutari quando audit
aliq[ui]d quod tamen no[n] credit p[ro]p[ter] magnum eius desideriu[m] ¶ xlvj. ca[pitu]lo
g. Iam letus moriar [et]c. heb[raic]e. Nunc moriar [et] subintelligit[ur]. letus
sic[ut]. luc[e] ij[o]. dix[it] Symeon Nunc dimittis d[omi]ne [et]c. dicit aut[em] Ra. Sa.
q[uod] hec est l[itte]ra. hac vice moriar. i. vna vice sciebat e[ni]m iacob se
ee mortuu[m] morte na[tur]e sed an videret ioseph timebat tu[m] hoc mori
morte gehenne eo q[uod] miserat ioseph solu[m] ad fratres de quibus
sciebat q[uod] odiebant eu[m] p[ro]p[ter] q[uod] eo viso dixit se semel tantu[m] mori
turu[m] ¶ xlvij. ca[pitul]o. e. subiecitq[ue] eam s[cilicet] t[er]ram pharaoni ſz [et] cunctos
p[o]p[u]l[o]s eius a novissimis t[er]minis egypti usq[ue] ad fines eius. hebre
[et] fuit t[er]ra pharaonis [et] p[o]p[u]l[u]m fecit transire ad civitates. i. de
civitate vna ad aliam a fine t[er]mini egypti usq[ue] ad fine[m] eius hoc
aut[em] factu[m] fuit ut e[ss]et memoria in posteru[m] q[uod] t[er]ra no[n] erat populi
sic translati sed regis. ¶ xlviij. b. eratq[ue] vernu[m] tempus [et] ingrediebar
effratem. i. appinquaba[m] ad eius ingressum. Hebre. [et] ad huc

erat spacium t're usq; ad introitu effrate · exponit' ut sup· ca°· xxxv·
¶ Item · d· non sum fraudatus a conspectu tuo · hebre nidi facie
tua q no sperabam ex hoc patet q tr'nslator accepit hanc sniam in
pprie quia fraudari pprie est care sperata ¶ xlix ca°. a · principium
doloris mei · heb' · principiu fortitudis mee · dicco em hebraica
que ponit' hic · s · ony · signt dolore dolore meu 2 fortitudine mea3
tr'nslator accepit p'mu significatu · heb' tet fm · vtruq3 em conuenit
ipi rube fuit em pmogenitus iacob 2 sic dicit' principiu fortitu[18]
dis quia fortificatus pat' p filios · dicit' em principiu doloris pp
concubitu cum bala vxore pris doloes em quos ante sustinuit
iacob p nichilo reputauit r°· 19 ¶ Item a · effusus es sicut aqua
no crescas · hebre festinato s · tua sic aqua no excedes q · d · sic
aqua festinat descendere deorsum · ita p malitiam descendisti
a dignitate p'mo geniture quia dignitas regia transijt ad iu
dam 2 duplex porcio hereditatis ad ioseph que prius debebantur
ruben rone p'mogeniture io subdit' no excedes s · fres tuos maiores
in duob3 ist' ¶ Item · a · uasa iniquitatis bellantia · heb' · uasa in
iquitatis arma eo2 vl habitacones eo2 2 vtruq3 dicit' de symeo
on et leui eo q prodicione viros occiderunt sichem 2 ioseph occide
re voluerunt dicentes · venite 2 occidamus eu 2c sup· xxxvij°· caplo
Ipi em p'mo de morte ioseph tractauerunt 2 specialr symeon pp
q retinuit symeon in carcere alijs reuertentib3 ad prem sup· xlij
ca°. ¶ Item a · 2 in uoluntate sua suffoderunt murum ciuitatis
sychem s3 non habebant tempus nec gente adhoc sufficientem
hebre · 2 in uoluntate sua subneruauerunt thaurum · i · ioseph qui uocat'
p'mogenitus bos · deut°· xxxiij · Cuius nuos libent' abscidissent
¶ Item · b · pulchriores oculi eius vino · heb' · rubicundiores oculi
eius vino Et vtruq3 designat' · q in sorte iude cresceret habu
dancia vini que tn magis pprie designant' · per rubedinem ocu
lo2 quia per pulchritudinem · na ex multo potu vini rubescunt
oculi ¶ Item c · dan iudicabit pplm suu · hebre · dan vindicabit
pplm suu · et vtruq3 conuenit sampsoni qui fuit de tribu dan q filios
isrl vindicauit de philisteis 2 fuit iudex ppli · ¶ Item · d · dan co
luber in via cerastes in semita · heb' · dan colub' · in via scorpio in
semita colub' mordet ore q est pars eius p'ma Scorpio pungit
cauda que est pars eius posterior Sampson em in iuuentute

cepit philisteos affligere et grauius afflixit in fine Illa plus
interfecit moriens quam antea viuos occiderat iudicum xvi ¶ Item e.
filius accrescens et decorus aspectu. heb. filius accrescens ioseph
in bonis temporalibus et spiritualibus filius accrescens super oculum na
ex dei gratia in eo relucente videbatur pulchrior quam esset in re ¶ Iste
e. dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum eius per manum potentis
iacob .i. per virtute dei iacob qui e infinite potentie. hebre. de au
rata fuerunt brachia manuum eius etc. et per hoc notantur ornamenta
armillarum et anulorum que portabat per egyptum in signum dignitatis
adeo sibi concesse ¶ l. ca. c. venerunt ad aream athad et secundum aliquos
doctores athad est nomen proprium. heb. et venerunt usque ad aream athad
.i. rampni quia clausa erat tribus fructibus spinosis et secundum hoc athad
est nomen appellatiuum ¶ Iste e. timentes ioseph fratres eius. heb. et vide
runt fratres ioseph quod mortuus esset pater eorum per quod significatur. secundum heb. quod
ioseph non ostendebat eis tanta signa familiaritatis et amicitie sicut fa
ciebat viuente patre Explicit genesis. Incipit exodus primum capitulum

Primo capitulo d. proposuit itaque eis magistros operum. heb. Cap. 1.
et posuit super eos principes census reddebant enim eis hebrei co
potum de lateribus quos conficiebant ut habetur infra v ca. ¶ Item.
d. edificaueruntque vrbes tabernaculorum pharaoni. hebrei et edificauit
populus israel ciuitates thezaurorum .i. ita fortes ac si thezauri deberent
ibi reponi. dicebantur enim ciuitates tabernaculorum eo quod ibi erat custo
dia militum ne filii israel possent fugere de terra et non videtur quod dictio
hebraica hic posita magis sonat tabernacula quam thezauros et tamen
in pluribus locis singulare huius dictionis hebraice ponitur ponitur
pro tabernaculo ¶ Exodus ca. a. et accepit uxorem stirpis sue. hebreus
et accepit filiam leui s. in vxorem et dicunt hebrei quod fuit iacobeo
filia leui qui cum iacob intrauit egyptum sed hoc videtur manifes
te falsum quia fuisset cxxx. annorum vel circiter quando concepit moysen
Item hoc quod dictum contrariatur textui quia primo ca. dicitur quod tota co
gnatio illa que cum iacob intrauit egyptum mortua erat quando
persecucio contra filios israel incepit per regem nouum et ideo cum dicitur
hic accepit filiam leui .i. mulierem ex stirpe leui sicut elizabeth
dicitur filia aaron luc. 1o. ¶ Item e. erant autem sacerdoti madian
vii filie. heb. maiori vel principi madian dictio enim hebraica
hic posita s. cohen significat sacerdotem .i. maiorem vel principem

Explicit genesis Incipit exodus primum capitulum

glo· hebraica accepit h' sm· s; non videt hoc bn dictu nam in
textu subdit sup venie pastores ⁊ eiecerunt eas no est autem
vissile si erant filie principis illius loci q pastores eas eiecissent·
sicut dicit intexta ¶ Item c· ⁊ respexit filios isrl ⁊ liberavit eos
·heb· ⁊ respexit filios isrl ⁊ agnovit eos ¶ In cognitione no diuina
nlla potest ee novitas s; tunc dicit aliquem de novo cognoscere
quando prebet ei effectum bonitatis sue qui temporalis est ⁊ novus
¶ Tertio ca° a· apparuitq; ei dominus in flamma ignis· heb· et
apparuit ei angelus domini ⁊c· angelus enim sm veritate fuit re
presentans tn personam dni ⁊ io aliqn dominus aliqn angelus
nominatur sicut etiam dicit bn's greg· ¶ iiij° ca° c· tulit
itaq; sephora acutissimam petram· hebre· ⁊ accepit sephora acie
vel novaculam· cu enim ipa festinaret circumcide filiu suu magis
probabile videt q fecit hc cum cultello tn quia magis poterat
hre in promptu quam petram sit acutam tn non sit visile ipam
carnisse cultello ad incidendum cibu tn quia hoc mo fit cum
minori lesione pui quam tn pet· ⁊ silr· ios· v· ubi nra translacio
het fac tibi cultros lapideos· hebrei dicut novaculas scindentes
⁊ hoc modo iudei circumcidunt ¶ viij° capto a· ⁊ in reliquiis cibo
rum tuorum· hebre· ⁊ in reliquiis tuis genale ⁊ dicitur h' reli
quie omnia reservata p cibo ⁊ potu ⁊ io translacio nra accepit n
mis spalr n sub nomine ciborum intelligitur ⁊ potum ¶ Item
d ⁊ sit cinifes in universa terra egypti· heb· ⁊ sunt pediculi in uni
versa terra egypti· ⁊ idem dicit yosephus li· ii· ca° vii· q in tanta
multitudine sunt in hominibus ⁊ animalibus q nullo medicamine poterat
eis subvenire ¶ Ite c· omne genus muscarum hebre· animalium
glo· i· multitudo animalium diversorum insufferibilium ⁊ homines ⁊ anima
domestica devorantium ⁊ ide dicit· iosephus li· ii· c· viij° ¶
ix· ca° c· mittam omnes plagas meas p hoc q dicit omnes
patet q loquitur de omnibus plagis ⁊ persecutionibus sequentibus
heb· omnem mortalitatem meam· i· omne genus mortis nam ex
plagis sequentibus ⁊ submersione in mari multi fuerunt mor
tui morte nae ⁊ morte gehenne ¶ Item· c· adhuc retines populum
meum· heb· adhuc calcas populum meum· quia no solu retinebat s;
etiam diuis laboribus affligebat ¶ Item c· eo q ordeum
esset in renis ⁊ linum folliculos germinaret· heb· Quia ordeum

erat primitivum et sic tria acciderat quod renascentia esset inutilis linum .
tnellis situatur et quia tnelli fuerunt fructi per grandinem redditi
fuerunt inutiles ¶ Item g. triticum et far non sunt lesa. heb. triticum
et sperica etc. ¶ x° ca°. a. quotiens contuerim egyptum. heb.
Quod operatus sum in egipto / quia non solum ibi contrivit egyptios
sed etiam salvavit hebreos ¶ xii. ca°. a. masculus anniculus
heb. masculus filius unius anni ab octava namque nativitatis .
sue usque ad finem anni accipi poterat pro ymolatione phase et non
ante neque post ¶ Item a. iuxta quem ritum tolletis et hedum. heb
et de arietibus et de capris accipientes ex hoc patet quod ymmolatio
phase indifferenter fieri poterat de agno et edo ¶ Item a. cum lactucis
agrestis. heb. cum amaritudinis i. herbis amaris ad significandum
amaritudinem servitutis et laboris quam sustinuerat in egypto ¶ Item
a. et os eius non confringetis. heb. et lib' nec corrupti non habent ist.
h'. sed usus sive hunus ca'. ¶ Item c. iste tollentes al' etc. heb. emi
te et accipite glo. qui habet in grege suo accipiat qui non habet emat
¶ Item c. tingite in sanguine qui est in limine. heb. tingite
in sanguine qui est in bacino Recipiatur enim sanguis agni
in bacino in quo tingebatur fasciculus ysopi cum quo linebatur .
superliminare et utraque postis nexotu quia bacinus erat iuxta limine
infixus et sic transtulit translator exprimens locum in quo ba
cinus continens sanguinem erat ¶ Item e. tulit itaque populus conspersam
farinam i. pistatam. heb. et tulit populus pastam suam ¶
xiiii. cap°. f. et subvertit rotas curruum ferebanturque in profundum
heb. et abstulit rotam de curribus eorum et duxerunt eos ponde
rose. dicunt heb. quod abstulit unam rotam de quolibet curru
et sic non poterat duci nisi valde graviter et tarde ¶ Item g.
reversum est primo diluculo ad priorem locum. heb. reversum est
cum mane ad fortitudinem suam i. ad impetum sui fluxus qui
prius divina virtute detinebatur sicut murus ¶ xv. ca°. a. tunc
cecinit moyses etc. Sequitur. Cantemus domino glose. heb.
tunc cantabit moyses etc. sequitur. Cantabo domino etc. per quod designatur
quod moyses et filii israel plures cantaverunt canticum istud recite
tando et primo cavientes de preteriti erant ad hunc de futuro cant.
ibi ¶ Item a. fortitudo mea et laus mea dominus. heb. fortitudo
mea et protectio dei quia a presidio egyptios populum persequentes

¶ Item · a · deposuisti omnes adversarios meos · hebr · deposuisti
omnes adversarios meos erant enim adversarij dei · quia persecu
tores erant populi sui ¶ Iste de inficiet eos manus mea non enim
intendebat eos pharao inficere ut videtur sed bona eorum rapere
et eos ad servitutem pristinam reducere · ut dicitur eum in principio · viiij° · ca°.
In mutatum est cor pharaonis et servorum eius super populum et dixerunt
Quid voluimus facere ut dimitteremus israel ne serviret nobis · sed
quia servitus est mors civilis ideo dicitur in translacione nostra inficiet
eos manus mea ¶ xvj · ca° · c · manhu quid est quod significat
hoc non est de textu sed est verbum translatoris translatoris exponentis
significatum istius manhu sed melius dixisset preparatum hoc · q · d ·
est ne h'abus nobis preparatus man · enim significat rem preparatam
et hu significat hoc et manhu significat quod est hoc et sic dicunt indei ¶ xvij ca° ·
g · manus solij domini et bellum dei erit contra amalech a generacione
in generacione · Per solium domini potest intelligi moyses tenens
locum dei · ut sit sensus manus domini · manus moysi contra
amalech quia cum elevaret manus moyses superabat israel ipsum
amalech ut premittitur in textu et bellum domini a generacione in generacionem
quia debellatus fuit divina virtute magis quam humana diversis
temporibus primo per Josue · postea per saulem regem · primo Regum · xv ·
heb · manus super solium domini bellum domini contra amalech
a generacione in generacione · per manum intelligitur potestas sicut
dicitur · quinto · talis civitas est in manu regis · i · in eius potestate per
solium dei celum · ysaye · lxvj · Celum michi sedes est et cetera · est quasi sensus
potestas super celestis que est potestas divina contra amalech certa stat
prius ¶ xix · ca° · d · aut confodietur iaculis · heb · aut sagit
tacione sagittabitur · et sic translator accepit iacula pro sagittis
sagitte namque sunt quedam iacula parva ¶ xx · ca° · f ·
Ut enim probaret vos venit deus · i · approbaret accipiendo
sibi in populum peculiare · heb · ut exaltaret vos venit deus
Nam per hoc fuit populus israel super alios exaltatus deutronomii · iiijto ·
Non est alia nacio tam grandis que habeat deos appropinquantes
sibi ¶ xxj · ca° · a · Cum quali veste intraverit cum tali exibit · i · ita
bene indutus · heb · cum panno suo intraverit et solus exibit · i ·
si solus intraverit solus exibit et est similis modus loquendi · Gen ·
xxxij · In baculo meo transivi iordanem istum · i · solus et pauper

z accipiet hic solus .i. sine uxore q̄ patet ex hoc q̄ statim subdit. menbris oppositu si ille uxorem zc. ¶ Item b. puidebit puelle nuptias z uestimenta z ptiu pudicicie non negabit z sm̄ hoc uidetur q̄ tradet eam alteri uxorem puidendo de necariis eius q̄ eam defloravit. Heb. expensas z cooptaturam suam z hora sua s. reddendi sibi debitu non diminuet. z sm̄ hoc intelligitur de puella accepta in uxore a domino eius victu z uestitu decente z actu coniugale tempe debito no debet subtrahe pp aliam uxorem sup ductam plures eni uxores poterant tuc here ¶ Item c. q̄ furatus fuit hominem nl uendiderit eu conuictus noxe morte morietur. Heb. Qui furit hominem z uendiderit z inuenitur in manu eius morte morietur. Glo. Si inuenitur apud furem antequa vendiderit z sm̄ hoc eu dicitur in translacone nra qui furatus fuerit hominem z uendiderit eu li- et no tenetur conuicti z dimissim quia p quolibet actu sigillatim incurrit penam mortis z hoc est pp dignitate humane nature dei sc̄a est z io p solo furto hominis incurrit pena mortis nisi sit ac p furto aliarum rerum sz in aliquibus reditur duplu. z in aliqbus quadruplum ¶ xxii. ca. d si comestu a bestia deferat ad eum .i. ad dominum q̄ occisu est. Heb. si comestu a bestia deferat testio nium quia si totu cadaur sit raptu a bestia uel deuoratu ul co mestu z sunt testes qui uiderunt liber est p eorum testimonium ¶ Item e. maleficos no pacieris uiuere. Heb. sortilegu no paci eris. hec hebrei ex hoc patet q̄ translacio nra no loquitur de quo libet malefico generalit quia sic se extendit ad omne sm̄ enorme sz loquitur de malefico q̄ fit per pacta demonu tacita ul expssa ¶ Item g. an occasum solis reddes si eni r tunicu est de nocte ut est cooptoriu reddendu est an nocte z in mane potest recipi si au sit tunicu de die ut sup tunicale sine quo no potest de die int homines appare reddendu e in mane usq ad occasum solis z tuc recipi z sic patet q̄ translacio nra loquitur de uestimento noc turno. hebraica lra de diurno. sm̄ hebreos tame utrumq cadit sub legis precepto ¶ Item g. decimas tuas z primicias tuas no tardabis reddere. Hebre. plenitudine tuam z lacrimam tuam no tardabis reddere z dicit Rabi Sa. q̄ p plenitudine intelligunt primicie aridorum ut frumentu ordei z huiusmodi sz quia trebant. p lacrimam primicie liquidorum ut vini z olei z huiusmodi

furatus

heb. carnem que a bestijs lacerata est non comedit

reddere decimas sicut et primicias ideo translator expressit utrumque //
Item · 5 · carne que a bestijs pregustata est non comedetis // erat
enim eis prohibita etiam si nichil de ea comestum fuisset a bestia dum
tamen a bea fuisset occisa · et intelligitur · hec lex de carnibus alias lica-
tis nam aliter hec prohibicio esset frustra ¶ xxiiij.° ca.° c · vitulos
xij · heb. titulos ¶ Item e · nec non super eos etc. heb. et liber mi cor(r)i
sic habent nec super eos qui longe recesserunt a filijs israel · i · super quem
populum qui longius erat a monte synay quia nadab et abiu et senes
misit manum suam occultando se eis id est fruitur · et viderunt deum quod ·
an missio manus dei vel posicio super aliquem significet sui occultacionem
patet ex hoc quod dixit ipsa moyses · xxxiij · ca.° protegam te dextera
mea donec transeam tollamque manum meam et videbo posteriora
mea · heb. et ad duos filiorum israel non misit manum suam occultando
se eis et viderunt deum · dicit autem hec dum filiorum israel nadab et abyu
et lxx · senes et secundum hec omnis populus non vidit deum · videtur tamen nostra
translacio melior · quia iam autem dictum erat · quod nadab et abyu · et senes
viderunt deum ut patet in textu · ¶ xxv · ca.° a · pellesque arietinas
heb. pelles caprorum ¶ Item f · et pones super mensam panes proposicionis
heb. et pones super mensam faciearum eo quod erant similes ex utraque
parte non enim coquebantur in furno sed in vasis aureis calefactis
sicut gaufre et neble in ferreis ¶ Item f · sperulas et lilia ex ipso
procedencia · heb. pomelli sui et flores sui ex ipso erunt ¶ Item f ·
tres ciphi in nucis modum · heb. ciphi figurati gallice neeles
hoc est dictum quod non erat de opere plano ¶ Item g · omne pondus
candelabri cum universis vasis suis habebit talentum auri purissimi · heb.
centenario auri mundi fiet istud scilicet candelabrum et omnia
vasa hec et dicit ra. sa. quod centenarius continet · c · xx · libras secundum
pondus colonie · melius tamen credo dicendum quod certa quantitas
huius auri ignoratur · nam pondera metallorum variantur multipliciter
secundum varias regiones ut notum est · tamen quod magna quantitas auri re-
quirebatur · ad candelabrum et eius vasa fienda ¶ xxvj · ca.° a ·
variatas opere plumario · dicunt aliqui quod pluma significat
acum et secundum hec varietates in cortinis existentes erant appone-
tum acu et opus tale dicitur plumarium a pluma quod est acus
secundum hunc · opus plumarium dicitur a pluma volucrum eo quod habet
quandam similitudinem cum pluma et dicitur gallice nechet ·

quibus cortinarum vela iungenda sunt. Heb. facies quinquaginta fibulas aureas
et secundum hoc cortine tabernaculi erant sic scite. Heb. cherubim opere arti
ficioso, i. subtili facies. iij Reg. vj. dicitur quod in parietibus templi Sa
lomonis erant figure cherubim et palmarum et quia templum illud
factum fuit in pluribus ad similitudinem huius tabernaculi, ideo pro
babile videtur quod in cortinis huius tabernaculi sunt figure cherubin
et dicit hic Ra. Sa. quod non sunt apposite cum acu sed in textura ¶
Item b. facies l. circulos aureos. Si enim essent simplices circuli
non possent per eos cortine coniungi ¶ Item c. in lateribus table
due incastrature. Heb. due incastrature uni table. Secundum enim
ebreos iste incastrature non erant in lateribus table secundum eius
longitudinem sed tantum in inferiori parte et dicuntur gallice tenons. quia
tabula per eas intrabat duas basses sibi correspondentes per mo
dum in margine signatum ¶ Item c. eruntque coniuncte a deorsum
usque ad summum et omnes una compago retinebit. Heb. et erunt
continuate super caput unius table uncino uno. nam caput
unius table erat coniunctum capiti alterius per uncinum in superiori ca
piti utriusque ¶ Item g. inseretur ante velum per circulos
per quas posset trahi et retrahi secundum latinos. Heb. dabis, i.
pones velum subtus fibulas coniungentes cortinas quod sic patet
v. enim cortine quelibet latitudinis quatuor cubitorum simul colligate
consuete faciunt unam latitudinem xx. cubitorum et ibi iungebantur
cum aliis v. per fibulas. velum autem dividens sanctum et sanctum sanctorum
distabat ab introitu tabernaculi per xx. cub. et sic erat directe
sub fibulis cortinarum operientium tabernaculum ¶ xxvij capitulo
f. omnes columpne atrii per circuitum vestite erant laminis
argenteis capitibus argenteis. Heb. omnes columpne atrii
per circuitum habebant cincturas et uncos de argento. In istis un
cinis pendebant cortine atrii. cincture vero sunt circuli argentei
in capitibus columpnarum que erant eree ¶ Iste f. in latitudine
l. cub. Heb. latitudo l. per l. et loquitur de spatio atrii quod erat ante
tabernaculum. habebat enim l. cub. in quadro ¶ xxviij capitulo a. tunicam et
lineam strictam. Heb. tunicam fimbriatam. glosa. contextam in mar
ginibus lapidibus pretiosis ¶ Item b. ipsa quoque textura etc.
Heb. et cingulum sui ornatus quia super cetera ornamenta ponebatur
¶ Item e. pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatem
i. lapides per quorum fulgorem manifestabatur sacerdotii divinum

// Heb. coronam sanctam sup tiaram
beneplacitu scdm iosephu. heb. et pones in pectorali iudicij vrim
et tumym dicitur autem ronale pectorale eo qd erat in pectore summi
sacerdotis vrim significat manifestatione. tumyn autem integ-
tatem qd pertinet ad veritate. vn verax homo integer dicitur
et sic eadem est sna in translatione nra. sm vo Ra. Sa. vrym
et tumyn notatur h nome domini tetragramaton inclusum sub la-
pidibus ronalis exterius virtute manifestabatur veritas de interrogatis
sacerdoti dnm consulenti ¶ xxix. ca. a. et laminam sanctam
super tyaram erat enim hec lamina insignita semicirculi protensa
ab una aure pontificis usqz ad aliam transeundo sup frontem et
sic pontifex ab anteriori parte videbatur videbatur ea coronatus
¶ Item. b. et reticulu iecoris. heb. ylia que sunt super epar ¶
Item. d. elevans coram domino. heb. et ventilabit coram domino
supponebat enim moyses manus suas manibus aaron tenentis
oblatione et elevabat eas sursum et postea deducebat eas versus
quatuor partes orbis. vn quatuor venti principales oriuntur et
qd ventilatio notatur. fiebat autem hoc ad designandum qd h oblatio
fiebat ei qui est dominus celestiu et terrestrium ¶ Item. f. ois
qui tetigerit illud s. altare sanctificabitur. quia sacerdotes ei ap-
propinquantes debent prius sanctificari sic exponunt latini. heb.
omne tangens illud sanctificabitur. et sm. heb. refertur ad offeri-
bilia quia si aliquid tale tangeret altare quocumqz tamen no posset
ultra quibuscumque usibus applicari s3 deo offerri ¶ xxx. cap. a.
craticulam eius. heb. tectu eius. i. ptem supiorem. altare enim
incensi non habebat craticulam in qua cremarentur adipes vel car-
nes nam ibi cremabatur tantu thymiama sup carbones positos
in vase aureo ¶ Item. e. sume tibi aromata prime mirre et electe
v siclos. hebre. sume tibi aromata. i. precipua mirre electe v siclos
ita qd primitas in bonitate. no solu refertur ad mirram ut dicit
translatio nra. sed etia ad alia sequencia ¶ xxxi. ca. g. et in
vii. et ab ope cessavit. heb. in die vii cessavit et requievit quia
cessavit a novis opibus condendis et in seipso requievit. Nam p
seipm btus est formalr et obiective et sic patet qd est mutatio cum
dicitur requievit et requievit ¶ xxxii. ca. a. formavit ope fusorio
et fecit ex eis vitulum conflatile. hebr. et formavit illum in stilo
et fecit vitulum conflatilem. aaron enim in tabula cum stilo fecit

figuram vituli et partifice fusorum fecit residuum et per hoc tollitur dictum
illorum qui dixerunt quod sine arte proiecit aurum in igne et dyabolus
inde formavit statuam vituli nam fecit eum hic aaron apposito
eo quod insignia thauri apim colebatur in egypto ubi fuerant
conversati tamen fecit hoc timore mortis ductus ¶ Item b. et
surrexerunt ludere. heb. et surrexerunt illudere scilicet deum per ydo
latriam. verbum enim hebraicum positum hic equivocum est adutrumque
¶ Item b. spoliavit populus tuus. heb. dissipavit populus tuus pactum
meum. in cuius principio dicitur. non habebis deos alienos supra xx.
capitulo ¶ Item. d. non est clamor adhortancium ad pugnam neque
vociferacio compellencium ad fugam sed vocem cantancium audio
heb. non est clamor fortitudinis. i. prevalencium in bello nec
clamor debilitatis. i. succumbencium et certamine vulneratorum isti cla
mores sunt valde diversi Sed clamor exhortancium ad pug
nam. i. compellencium ad fugam videtur esse unus et idem. Nam ex
hortantes ad pugnam sicut prevalentes compellunt ad fugam
succumbentes sed vocem deprecacionum ego exaudio. Nam adora
bant et laudabant vitulum et ex hoc patet quod cum subditur. postquam
ea vidit vitulum et chorus. subintelligitur. adorancium et laudan
cium sicut in ecclesiis nostris duo chori laudant deum ¶ xxxiij
capitulo c. onde in viam tuam. per quam scilicet nos deducas ¶ Item
f. ut glorificemur ab omnibus populis. heb. ut dividamur ab omnibus
populis. per hoc quod sis ductor noster singularis ¶ xxxiiij. capitulo
g. et ignorabat quod cornuta esset facies sua. heb. et moyses non
cognovit quod cornuta esset lux faciei sue. ex hoc patet quod illa
cornua erant radij lucidi tendentes sursum ad vicem cornuum p mo
dum cornuum ¶ xxxvj. capitulo e. i. ad eam partem que respicit
mare. heb. non habet hoc sed appositum fuit a translatore ad ex
primendum quod pars occidentalis tabernaculi erat versus mare
¶ xxxviij capitulo b. De specculis mulierum que excubabant in hostio
tabernaculi. i. vigilabant orantes propter quod specula quibus usi fuerant
ad sue composicionem converterunt ad dei cultum. heb. de specu
lis mulierum que exercitum fecerunt hostio tabernaculi. glosa per
specula provocaverunt viros ad multiplicacionem prolis et
sic augmentaverunt exercitum filiorum israel qui dispositus fue
rat in tentorijs circa tabernaculum ¶ Item e. hec sunt instrumenta.

tabernacli · heb' · isti sunt numeri vel compoti tabernacli · i · expen
sarum in ope tabernacli · Vn post subdit · enumerato auri et argenti
que expensa fuerunt in ope tabnacli ¶ Item g · de milleat
vii lxxv · fecit capita columpnarum quos et ipse vestiuit argento
heb' · de mille vii · hoc et lxxv · fecit vncinos columpnarum in quibus
pendebant cortine et liniuit capita earum et sic capita colump
narum atrii non fuerunt argentea sed desup argentata et
vncini earum fuerunt argentei ¶ xxxix · ca° a · de iacincto
uo ac purpura et vermiculo ac bysso fecit vestes quibus indueretur
aaron etc · heb' de iacincto et purpura et cocco bis tincto fecerunt
vestes ministerii secundum hebreos isti fuerunt panni quibus in
uoluebantur archa cherubin et huiusmodi quando mouebantur
castra et in istis non fuit byssus sed tantum tres colores dicti in
hebreo in vestibus autem aaron fuit byssus cum istis tribus
¶ Item · e · et mitras cum coronis suis etc · heb' et pulchritudinem
pilleorum suorum In inferiori namque parte mitrarum que dicuntur
hic pilei erant quidam circuli eas decorantes id dicitur coro
nule secundum translacionem nostram et pulchritudo pyleorum in hebreo

Explicit exodus Incipit liber leuiticus Capitulum primum.

P rimo capitulo · a · ad placandum sibi dominum · hec autem placacio
non fit permutatione dei sed hominis qui de peccato redit ad gratiam
et sic qui prius erat deo displicens efficitur placens et hoc magis
exprimitur in hebreo · heb' · enim sic habent · ut sit placidus coram deo
¶ Item · b · filii aaron sacerdotis · heb' · filii aaron sacerdotes
si enim essent filii aaron non tamen adhuc consecrati in sacer
dotium non possent facere hoc ¶ Item c · omnia que ad herent
iecori · heb' · totum adipem ¶ Item g · circumtere fatiet
sanguine ad crepidinem altaris hebre · decurret sanguis eius
ad parietem altaris ¶ Secundo capitulo c · si autem de craticula
sacrificium etc · hebr' · si autem de caldaria sacrificium etc · fiebant enim
quidam panes de pasta primo cocta in aqua postea forsitan
desiccabantur · super craticulam et dici poterunt sacrificium de caldaria
vel de craticula ¶ Tercio capitulo filii aaron sacerdotis · heb' ·
sacerdotes · vel supra illo capitulo ¶ Item a · duo renes · heb' ·
duos renunculos · renes enim hostie pacifice non cremabantur
super altare ¶ Item · d · et caudam totam cum renibus ·

Explicit exodus Incipit lib'
initicus · capitulum primum

heb' · ⁊ tandem integram ſubſpina · i · que eſt ſubſpina no' em
renes hoſtie pacifice de qua loquit' · ſuper altare cremabant' · ut
dcm̄ eſt ſupra ¶ vij capl'o a · ex omnibus ſ · pannibus vinis ⁊c̄ ·
heb' · ex om̄i vinis quia non ſolum ex omnibus panibus dictis
vinis tantu offerebatur domino p'mitijs ſed de qualibꝫ ſpecie pa
nis vinis ¶ Item c · qui fuit mundus laſcet · ex ea · heb' · ſic ha
bent lib' correcti ¶ x · c · b · capita ur͂a non augmetabitis ·
iudei em̄ in luctu mortuoꝝ capillos dimittebant' · creſcere
ultra modum ſolitu ⁊ hoc notat' capitu augmetatio · ſimilr̄
diſcooperiebant capita ⁊ trahebant ſe per capillos · ⁊ utrūqꝫ pro
hibetur ſacerdotibus ⁊ ſic ur͂a tranſlacio vim exp'mit hebraica
l'ra aliud ¶ xiij ca° · d · Si aute viderit locum macle equale
vicine carni ⁊ capillu nigru ⁊c̄ · heb' · ſi aut vidit locu ⁊c̄ ·
ſequit' · ⁊ capillus nig' · non ē in eo · videt' aut tranſlacio ur͂a
corrupta per ſcriptores ex obmiſſione negacionis · no' ita videt' ·
hic ee textus ⁊ capillu non nigru · Si em̄ cum qualitate loci
macule cu carne vicina eet nigredo capilloꝝ homo no' eſſet
recludendus ſꝫ ſtatim mundus iudicandus quia macula illa no'
erat corroſiua que corroſio eſt ſignu lepre ⁊ nigredo capilloꝝ
ſignu mundicie ¶ Item · g · ⁊ magne combures eo q' infuſa ſit
in ſuperficie veſtimenti ul' per totum lepram · hec l'ra videtur
corrupta per ſcriptores ul' alio modo quia non loquit' · hic ſcriptura
de veſte lepram hntem per totum ſꝫ in aliqua eius p'te ut pꝫ
intextu · heb' · ⁊ igne combures corroſio em̄ eſt · s · lepre in vetuſ
tate ſua ul' nouitate q · d · obmrenda eſt illis veſtis ſiue ſit no
ua ſiue vetus ¶ xv · capl'o · b · ſagma ſup quod ſedit · i · ſella
ul' ſtramentum animali ſuppoſitum ut equitet' · heb' · omnis eq
tatura ſup qua equitauit ¶ xvj · ca° · d · in medio ſorciu coꝝ
⁊ videt' l'ra ur͂a corrupta p' ſcriptores ponentes c · p · d · no' em̄
caſtra filioꝝ iſr͂l ponebant' circa tabernacłm per ſortes ſed ex
ordinacione dei determinate tribus in p'te orientali erant ⁊ ſimilr̄
tribus partibus ut hetur iiij ca° · h · ¶ Item e · incitam ſolita
riam · heb' incitam p'te ordinatam ducens em̄ hircu emiſſa
rium in deſertum non eligebat locu p'ropria voluntat' ſꝫ expon
tificis determinacione ¶ xviij° · ca° · d · turpitudine uxoris tue
⁊ filie ſue non reuelabis quia non poterat hab' · utramqꝫ ſimul

nec sucessiue · heb' turpitudine mulieris et filie sue no reuelabis
et sic lex ista gnal' loquit' de om mulier filiam habente ¶
xix · capitulo b · cum messueris segetes terre tue non tondebis usque
ad solum quia debet remanere stipula pauperibus colligenda · et vt
exponunt aliqui heb' no fines angulu terre tue in metendo
nam spice in extremitatibus campi que partim sunt corose a
bestiis vel conculcate pedibus transeuntium debent dimitti pau
pauperibus colligende ¶ Item e · vapulabunt ambo · i · uerbe
rabunt' · vs · Sonlo naplo ueneo fio quatuor ista · Sensum
passiua sub uoce gerunt aliena · heb' · vapulabit ipsa · glo · loquit'
ista lex de iudeo coeunte cum ancilla gentili que debat in hoc
casu uerberari quia peccatum eius expiare non poterat per oblatione
non oblaciones gentilium non poterunt in tabernaculo vel in
templo recipi ut habetur infra ¶ xx · capitulo · peccatum autem iudei per
oblatione poterat expiari ¶ Item e · quarto autem anno omnis
fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino · heb' · iiij anno
totus fructus erit sanctificatus laudentibus deum quia depu
tatus erat usui sacerdotum aut leuitarum ¶ Item f · no augurabunt
nec obseruabitis sompnia · heb' · non sortilegizabit' et no obserua
bitis horas eo modo que faciunt aliqui dicentes quod alique hore diei
sunt male vel infortunate ad aliquid agendum vel dimittendum
quod est supersticiosum ¶ xxi · capitulo · a · non radent caput ne faciunt
calviciem in capitibus suis loquit' de sacerdotibus quibus
prohibetur eradicare · sibi capillos in luctu mortuorum sicut
faciebant homines populares ¶ xxii · capitulo f · Bovem et ovem
aure et cauda amputatis bovem et ovem superfluum et si habeat
tres aures et humor vel diminutum · i · carens aliquid sui parte
etiam vnguibus ut dicit Ra · Sa · talia necessario animalia licet no
possent offerri manibus sacerdotum ut de precio quererentur
offeribilia super altare vel aliqua alia tabernaculo materia ¶
xxiij capitulo · b · feretis manipulos spicarum primicias messis vestre
heb' · feretis gomor principium messis vestre in solempnitate namque
paschali portabant' ad templum spice magis appropinquantes ad
maturitatem et torrebantur et sic grana excuciebant' per sic
cacionem ex illis implebant' gomor et elevabat' in sacrificium
coram domino · Sic igit' translacio nostra primum exponit · heb' · lxx

secundi ¶ Item · b · qui elevabit fasciculi · heb · qui elevabit go
mor continente grana fasciculi modo predicto et sic dicitur elevare
fasciculum in translatione nostra quia elevabat fructum fasciculi
Item c · immolabitis ergo ab alto die sabbati · heb · immolabitis ergo
crastino die et sic patet quod in nostra translatione alto ponitur pro crastino
¶ xxiiij capitulo · Eumque blasphemasset nomen domini heb · explanavit
nomen domini i · nominavit nomen domini tetragrammaton in pu
blico quod propter sui sanctitatem dicitur ineffabile eo quod ipsum nominari solis
sacerdotibus erat licitum et non semper nec ubique sed in benedictionibus
que fiebant in templo tantum alias ante utebantur pro ipso hoc
nomine adonay ¶ Item e · quicumque blasphemavit nomen domini
heb · qui explanaverit nomen domini et intelligitur sicut prius
¶ xxvj capitulo · e · quod si ambulaveritis adversum me · heb · et si ambula
veritis mecum in duritia ambulare dicitur mecum in prava voluntate ob
missione preceptorum affirmativorum sed ambulare ex adverso trans
gressionem preceptorum negativorum faciendo quod prohibetur
utrumque tamen est obligatorium ¶ xxvij capitulo b · animal
quod immolari potest domino siquis voverit sanctum erit et mu
tari non poterit · · heb · de animalibus quibus fit oblatio domino
quis dabit domino sanctum erit non commutabis illud neque mutabis
i · non poteris redimere pro pretio nec mutare dando aliud animal
pro ipso ¶ Item d · si xxx · modiis ordei seritur ager etc heb · si hamer
ordei · etc ex quo patet quod hamer est chorus et eadem sunt mensura
secundum ipsum · chorus autem xxx · modios continet ideo translator po
suit · xxx · modiis etc · isti tamen modii sunt valde parvi quia
sicut Ruth enim dicitur ipsa Ruth · vj · modios ordei portavit simul
et semel de area booz usque ad domum socrus sue Incipit liber
Primo capitulo · b · isti sunt nobilissimi principes Numerorum primum
multitudinis · heb · isti sunt nominati principes Capitulum
multitudinis i · famosi in civitatibus nostris tales enim ponebantur
in regimine sub moysi · ut habetur exo · xviij ¶ Item · b · quod tulerunt
moysi et aaron cum omni multitudine et acceperunt moyses et aaron
viros istos qui attitulabantur per nomina et omnem cetum namque princi
pes notabantur nominatim ceteri vero tantum in communi ¶ iij
capitulo · d · tentorium quoque quod appendit in introitu atrii taberna
culi et quicquid ad ritum altaris pertinet · heb · velum hostii atrii

Incipit liber numerorum primum

q est per tabnacli et altaris circuitum. Nam ad officium gersomitarum
ptinebant mollia et eo ad ipsos pertinebat uelum q erat in introitu
atrij et cortine que erant per totu circuitum et p quas circumdabat
altare cum cauisti et tabernaculum que erant in medio atrij. i. adhuc
sensum trahenda est ista translatio cum dicit et quicquid ad ritu alta
ris pertinet ut intelligatur de dicto uelo et cortinis que ptinebant
ad ritum altaris ptinebant q accessum ppliatium ad ipsum enim
altare et utensilia ad eius ritum pertinentia erant sub custodia
et cura chaathitarum ut habetur infra eodem ca°. et sequenti
¶ Item. d. fines tabnacli et omnia utensilia eius non potest sic generaliter
intelligi q omnia utensilia tabnacli essent sub cura gersomitarum
nam inter illa erant candelabrum mensa ppositionis et multa alia de
quibus non potest dici q essent sub cura eorum pp q. heb. sic habet
fines tabnacli ad omne ministerium eius nam ad gersomitas ptine
bat portare et seruare mollia uel que sunt fines ¶ iiij ca°.
a. et operient desuper uelamine iacinctinarum pellium. heb. et operient
desuper uelamine de corio taxorum. et uisibile est q pelles istorum
animalium fuerint talis coloris ¶ Item. e. bellum in introitu
q est an tabernaculum omnia que ad altare ptinent. heb. uelu
hostij atrij q est ante tabnaculum et altare per circuitu exponatur
ut sup. in ca. d. ¶ Item e. funiculos et uasa misterij. heb. fu
niculos et uasa ministerij sui. per uasa intelliguntur hic instrumenta
Nam in hebo instrumenta eius h3 artis uocantur eius uasa.
vn Reg. xx. ubi dicitur q ionathas dedit arma sua puero in heb.
habetur uasa sua ad officium autem gersomitarum pertinebant paxilli
et martelli et instrumenta huiusmodi quibus aptabant et figebant
cordas atrij et tabnacli et ideo cum dicitur in translatione nostra fu
niculos et uasa misterij subintelligendum est sui Nam in miste
rijs tabnacli generaliter sumpti erant multa alia alta instru
menta que non ptinebant ad officium gersomitarum ¶ b. capitulo
Si aut non fuit qui recipiant dabunt do. heb. si aut no fuit
ppinquus dabit dno. ex hoc patet q restitutio ista debebatur
fieri domino rei si uiueret et post morte eius heredibus suis si
haberet q si non tunc dno dabatur ¶ Item. b. quicquid in sanctuario
offertur a singulis et traditur manibus sacerdotis ipsius erit
no potest aute intelligi de omni oblato sicut translatio ista sonat

nam aliqua offerebantur de quibus sacerdos nichil habebat · scilicet omnis
oblatio holocausti et aliqua in quibus habebat tantum unam partem
scilicet hostia pacifica et pro delicto et ideo sicut dicit · Ra · Sa · lex ista loquitur
de primiciis que dabantur sacerdoti ex determinacione legis vel obliga
cione offerentis scilicet quando vovebat aliquid dare sacerdotibus ad victum
ipsorum · ideo hebreus sic habet · vir qui sanctificavit per votum modo de
cimas erunt id est vir qui dedit sacerdoti scilicet primicias sive decimas erit ¶ vj ·
capitulo · a · aceto ex vino et ex qualibet illa pocione etc · hebreus aceto ex vino
et quolibet in ebriativo ex quo patet quod omnis potio spiritualiter non erat inter
dicta nazareo sed illa ex qua poterat sequi ebrietas directe vel occasionaliter
¶ Item a · ab uva passa usque ad acinum · hebreus a granulis usque ad corti
cem dicitur autem granula illa que sunt in medio grani uve et cortex
pellicula exterior et secundum in translacione nostra non accipitur uva passa
eo modo quo communiter dicitur racemus ultra maturus sed pro eo quod remanet
de una pressa in torculari ¶ Item f · et armum coctum arietis · hebreus
et brachium bullitum arietis · per quod ostenditur quod tibia anterior cum armo erat
sacerdotis et quod non debebat coqui per assacionem sed per elixacionem ¶ Item
g · convertat dominus vultum suum ad te · hebreus attollat dominus nam
sua · ad te · hec videtur verior littera Nam forma benediccionis huius pre
missa titulus hunc ostendat tibi dominus faciem suam quod est idem cum
eo et quod dicitur hic in translacione nostra · convertat dominus etc · et
sic est incognito · ideo autem diversitatis littere nostre abbreviata
est quia dictio hebraica que ponitur hic equivoca est ad vultum et
nam ¶ viij · capitulo b · aspergantur aqua lustracionis · hebreus asp
gantur aquis emundacionis · lustro enim in una significacione
id est purgo vel mundo ¶ x · capitulo a · si autem semel elongaverit · hebreus
si autem in una elongaverint ad sonitum enim unius tube notabantur
principes ad sonitum duarum multitudo populi sicut in capitulis principali
bus fratrum minorum ad sonum campane ex una parte veniunt illi qui
sunt de corpore capituli tantum ad sonitum ex utraque parte conveniunt
omnes fratres ¶ xiij · capitulo c · urbes quales an muralle vel absque mu
ris · hebreus que civitates in quibus habitant si in multitudine scilicet
bellancium vel fortaliciis supple considerant ¶ xiiij · capitulo a · utinam
mortui essemus in egypto et non in hac vasta solitudine · hebreus
utinam mortui essemus in egypto vel in deserto hoc et consonat
littera inmediate sequens · utinam peccaremus et non ducat nos dominus

uitiam istam ne cadamus gladio etc. ¶ xv. capitulo d. separabitis de
mo primicias de cibis uris sicut de areis primicias separatis ita et
de pulmentis uris. hebr. separatis primicias de primo de pastis uris
tortellum nam qualiter de ratione fiernali que gallice dicitur fo
uace debebatur unus tortellus sacerdoti pro primiciis sicut de area
primicias separatis sic de pastis uris modo hoc etiam dico dicitur
ne crederent aliqui quod tenerentur solum dare primicias de granis
exeuntibus in area uel in grangia ¶ xix capitulo a. conburet
eam cunctis uidentibus. hebr. conburet eam in conspectu suo te
nebatur enim sacerdos prius esse quousque uacca illa esset totaliter
combusta et cineres essent collecti de populantibus aut poterant esse si
uellet ¶ xxi. capitulo c. fixere tentoria in ieabarim. hebr. fixere ten
toria in ieabarim i. solitudinis aba et sic patet quod in translatione
nostra uitio scriptorum due dictiones coniuncte sunt in unam ¶ Ite
c. ex eodem loco apparuit puteus non est sic intelligendum quod ex
loco illo uidetur puteus de quo loquitur sed ex illo loco transierunt
ad aliud locum magis remotum ubi datus fuit eis puteus in
tractatore un. hebr. sic habet ex hoc loco ad puteum ¶ Item g. ingu
iportum dispersit. hebr. regnum eorum periit / sed quia regnum non in
illud conuersum fuerat in tyrannidem pro quo merito periit con t
io translator hoc expressit per iugum. ¶ xxii. capitulo. hebr. a.
et impetum eius ferre non possent. sed moabite dixit ad in ma
iores natu madian sed ipse balach princeps erat in tempore istam. hebr. et ut
hominatus est moab filios israel tamquam odiosos sibi et dixit
moab ad seniores madian. potest autem sic concordari. nam illo
tempore balath rex moabitarum ut habetur in textu. illud autem
quod fecit rex dicitur facere populus sibi subiectus et translator nostra
exprimit regem hebraica uero populum sibi subiectum ¶ Item a
misit ergo nuntios ad balaam filium boor ariolum qui habitabat super
flumium terre filiorum amon. hebr. et misit nuntios ad balaam
filium boor in pethora et est nomen loci secundum hebr. qui est super
flumium terre filiorum populi sui s. ipsius balath ut dicit glosa. hebraica
uidetur tamen michi quod translatio nostra dicat conuenienter adhuc
quia textus innuit quod balaam de longinquis ualde partibus
uenit ad balath ¶ Item b. habentes precium diuinationis in manibus
hebre. habentes diuinationis in manibus quod sic exponunt aliqui

heb. diuinationes i. munera pro diuinationibus sicut accipit trans-
latio nostra. alij autem dicunt diuinationes i. instrumenta quibus
tunc utebantur diuini ne forte balaam se excusaret. excusatione ta-
lium alij uero sic dicunt quod de madian diuiserunt inter se per modum diui- || munera
nandi si balaam statim consentiat uenire aduentus eius erit nobis
utilis si ... autem differat excusationem inutilis. sed quod postea subditur ‡ differat
manentibus illis apud balaam. hebr. Venerunt et manserunt princi-
pes moab apud balaam quasi diceret. Iam recesserant madianite
reputantes eius aduentum inutilem audientes eius excusationis
dilationem. ¶ Item ei. et uenerunt in urbem que in extremis
finibus eius erat. hebr. et uenerunt in urbem minorem sic nominatam
eo quod erant ibi habitatores multi et pecudes plures. ¶ xxiij capitulo.
c. quis dinumerare possit puluerem iacob et nosse numerum stirpis israel
hebr. quis numerare possit puluerem iacob et enarrare quartam partem s.
partem israel et multo minus de toto ¶ Item e. non est ydolum in
iacob nec uidebitur simulachrum in israel. hebr. non uidit s. deus
falsitatem in iacob nec transgressionem in israel. propter hoc quod decet populus
maledici. ¶ xxiiij capitulo a. ut ualles nemorose. hebr. ut tor-
rentes inclinate uel protensi s. ad irrigandum. ¶ Item a. ut
tabernacula que fixit dominus. hebr. non haloes lingua que pla-
tauit dominus in terra in mediate procedens et subsequens con-
sonat ad hoc est autem aloe arbor aromatica. ¶ Item b. tol-
letur propter agag rex eius et auferetur regnum illius. quod sic exponunt
a latinis de saule rege israel qui fuit reprobatus adeo eo quod agag
regem amalech reseruauit uiuum uiuum et meliora animalia et
eius regnum translatum fuit ad dauid i. reg. xv. hebr. altior agag
rex eius et eleuabitur regnum eius quia saul rex israel fuit po-
tentior ipso agag et regnum israel postea fuit valde sublimatum
tempore dauid et salomonis ¶ Item b. deuorabunt gentes hostes
illius etc. i. filij israel deuorabunt gentiles hostes suos et sic li-
gentes est accusatiuus. unde hebr. sic habet comedet gentiles hostes
suos filius patris israel ¶ Item e. dabo tibi consilium quid populus
tuus huic populo faciat s. per detrahendo populum israel ad ydolatri-
am. hebr. consulo tibi similiter per detrahendo populum israel ad ydola-
triam et quid sequitur est principium alterius sine quid populus iste
faciet populo tuo i. tunc hoc ostendam tibi quid populus israel faciet

pplo tuo · bn subditur · Orietur stella rc · i · dauid qui filios moab de
bellauit ¶ xxv · ca° · d · perfodit ambos vnum s · mliere i locis
genitalibus · heb · pfodit rc · in ventre suo s · mari z mlieris this
em ictus est mortalis non sic aut ille qui fit in locis genitalib
¶ xxvj · ca° · b · z factum est grande miraculum ut pereunte chore filij eius
non perirent · heb · z fuerunt in signum s · filij viri offen · es tes magnu
z pp hoc adeo peccatissi · z quod sequitur est principium alterius sine
sm heb · z filij chore non fuerunt mortui ¶ xxxi · ca° · d · z separa
bis partem domino · heb · z separabis solucione domino ex quo patet
q tenebantur hoc facere ¶ xxxvij capitulo e · cuncte femine maritos
de eadem tribu accipient · heb · omnis filia que hereditabit heredi
tate de tribubus isrl vni de cognatione patris sui erit uxor z sic
preceptum hoc non videtur cadere nisi sup mlieres succeden
tes in hereditate Incipit liber deutronomij c° · j°

Primo capitulo d · sumentes de fructibus eius ut ostenderent
vbertatem attulerunt ad nos · heb · acceperunt in manibus
suis de fructu terre z descenderunt ad nos · hoc aut dicitur quia terra
promissionis vn redierunt ad pplm z moysen est altior illa ad qua
redierunt ¶ Item q sedistis q° · i · mansistis in cades multo tpe
heb · z sedistis in cades diebus multis · sm dies quibus sedistis
i · tanto tempore mansistis in alijs mansionibus ut exponunt
hebrei ¶ Secundo capitulo a · timebunt nos s · ydumei · vi
dete ergo diligenter ne moveamini contra eos · heb · custodiemini mul
tum quasi diceret Cavete ab illis ne insidiose noceant nob
quia nos oderunt · sicut enim pater eorum habuit odio patrem nrm
iacob q aut sequitur est principium alterius versus l non gerra
bitis contra eos s · invadendo sed tamen nos defendendo si ve
lint vobis nocere ¶ Tercio capitulo d · ostenditur lectus eius ferreus
heb · monstratur aqua bndca eius · hoc aute dicunt hebrei
ut appareret falsitas expositionis absurditatem in thalamum eorum
ponitur s · q og · rex basan erat sic magnus q a planta pedis usque
ad armillam · xxx · cubitus habebat q est tam absurdum q non indi
get alia reprobatione · q aute dicitur de armillo ap · filij p illud
q habetur · ps · v · lacrimis meis stratum meum rigabo · z genesis
xlix · de illo iacob qui erat homo perfectus · maculasti stratum
eius · eadem enim dico · heb · ponitur in duobus locis allegatis

i org. h' philosophi ex quo patet q non significat cunabulum sed lectu
ul stratum etiam hominis perfecte quantitatem habentis ¶ iiii° ca°
e. sicut tu audisti et uidisti. heb. sic tu audisti et uixisti. unde exo.
xx. Audientes deum loquentem dixerunt non loquatur nobis
dominus ne forte moriamur. ¶ v. capitulo d. nichil addetis amplius
s. quantum ad precepta a deo data immediate a populo s; quantum
ad data moyse plura fuerunt addita. heb. et non defuit s. de hiis q
sunt de necessitate salutis quantum ad mores. Alia namque super addita
non sunt nisi quedam explicationes. x. preceptorum ppi q in
illis virtualiter continetur ¶ vi. capitulo. diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et tota fortitudine tua
heb. diliges etc. et ex tota anima tua. etc. translatio nostra ponit
fortitudinem pro substantia tamen proprie loquendo fortitudo significat vires
corporis que satis exprimuntur per hoc q premittitur ex toto corde
tuo et ex tota anima tua. Nam ex eis totaliter prodeunt vires corporis
substantia uero magis accipitur pro bonis exterioribus que
pro dei amore sunt exponenda. prouerbiorum iii. honora dominum de tua
substantia etc. ¶ Item g. eritque misericordia. heb. et iusticia e
rit nobis q non potest intelligi formaliter s; effectiue et sic est
maximus effectus misericordie dei in presenti ¶ vii. ca° f. scrabones mit
tet dominus. heb. et mittet vespertas ¶ Item f. donec deleas
omnes atque qui dispersas qui te fugerint et te latere non pote
runt. heb. donec disperdas remanentes occultatos. q. d. humana
nam punitionem possint fugere non tamen diuinam ¶ viii. ca°
b sed in omni uerbo q egreditur de ore dei. heb. non h; uerbo
potest enim uitam hominis sustentare pro sua uoluntate. unde et ma
na de qua loquitur non dicitur dei uerbum nisi accipiatur uerbum
pro creatura uerbo dei facta. sic. y. ps. i° dicitur q est uerbum
quod est factum ¶ Item f. et dispersas et nulle omnino aque. heb.
et excessiua sitis absque aquis omnino. est autem dispersas serpens
qui morsu facit hominem mori siti et sic est eadem sententia licet per
alia uerba ¶ xi. capitulo b. in mortem morem aque dicitur. irri
gue. heb. irrigabit eam cum pede v. sicut ortum uiridarie
nilus enim qui transit per egyptum diuiditur per plures riuos
et sic irrigat terram egypti non solum per humanum laborem ut
dicit translatio nostra sed etiam per factum laborem ut het

lra hebraica · Non sic autem tra promissionis sed per pluuiam · et hec irrigatio melior est si tamen sufficienter et congruis temporibus adeo detur quod mittit moyses si tamen deo sint obedientes · ¶

Item c · si ergo obedieritis mandatis meis · heb' si auditum meum i · illud quod denuncio uobis · audieritis · cum effectu prima uero denunciauit dominus ipso per moysem que non precepta uel mandata sed magis monitiones et io lra hebraica generalius loquitur · quam translacio nostra nisi mandatum accipiatur large · prout se extendit admonitionem ¶ vij · capitulo d · sine in mundum fuerit hoc est maculatum et debile sine mundum hoc est integrum et sine macula quod offerri licet sic caprea uel ceruum comedes heb' ¶ Sicut comeditur ceruus et capreus comedetis illud inmundum et in mundum comedes illud · aliqua n · animalia dicebantur munda et inmunda dupliciter vno modo dicebatur mundum secundum speciem quod ex sua specie poterat offerri inmundum tamen racione indiuidui sicut

no vacat — sed sequitur longius vs

languidus vel maculatus alio modo dicebatur animal mundum quod secundum
speciem poterat commedi non tamen offerri sicut caper et cervus et immundum
quod nec comedi poterat nec offerri sicut porcus quod quandoque dicitur in translatione
nostra hoc est maculatum id est debile et quod sub dicitur hoc est integrum et sine ma
cula quod offerri licet non est de textu sed appositum fuit a translatore. Ad osten
dendum qualiter hic accipitur mundum et immundum dicunt tamen aliqui
hebrei quod hoc est textus sicut comeditur cervus et caper comedetis illud.
mundus et immundus comedet. Nam de istis carnibus comedere poterat
homo immundus sicut et mundus. De carnibus autem hostie pacifice cuius
una pars erat offerenda immundus homo comedere non poterat. xiiii
capitulo a. De hiis autem que ruminant et findunt ungulam hec commedere non
debetis hebreus tamen hec non comedetis de ruminantibus et dividentibus un
gulam et tenetur li. et divisim. Nam aliqua de ruminantibus prohibentur
eo quod non dividunt ungulam et aliqua de findentibus ungulam eo quod non
ruminant sicut patet in textu. xx. capitulo a. fenerabis gentibus multis hebreus
vadiabis gentes multas id est sic habundabis in temporalibus quod poteris eis
acomodare libere tamen sub vadio et sic non accipitur hic fenus pro usura
sicut nec infra. xxiii capitulo non fenerabis fratri tuo ad usuram. Item. e. da
bis ei viaticum hebreus honerans onerabis eum dando. scilicet largiter pro plu
ribus diebus. Item. f. perforabis aurem eius in ianua hebreus et dabis in
aure eius et ostio nam auris debebat affigi tamquam hostio. Item. f.
non invenerit oculos tuos ubi eis quando dimittes eos liberos hebreus non erit gra
ve in oculis tuis quando dimittes et cetera et sic patet auspicio oculorum in translatione
nostra accipitur pro displicentia nam id quod displicet homo respicere dedigna
tur. xvi. capitulo a. in pavore egressus es de egipto hebreus festinanter egres
sus es de egipto nam egipcii timentes mori cogebant filios israel egre
di de egipto quod non poterant sine festinantia ut habetur. Exo. xiii° et ideo in dicta
translatione nostra. In pavore et cetera pavor iste reverendus est in egipcios
. xix. capitulo a. mittet seniores civitatis sue. scilicet ipsius fugitivi nam isti
sciebant motum sui facti non autem senes civitatis refugii et ideo enim
dicitur in translatione nostra civitatis illius referendum est ad ipsum fugi
tivum. xxi° capitulo g. maledictus est a deo omnis qui pendet in ligno hebreus
maledictio dei qui pendet suspensio id est pena inflicta a iudicibus nomine enim
hebraicum positum tamen hec. scilicet elohim aliquando pro iudicibus quia divi
nitatis participatione. Exo. xxii in textu quod ca applicabitur ad deos quoniam
tamquam iudices tenent locum dei ideo pena inflicta ab eis potest dici.

inflicta adeo et sic accipit[ur] nostra translatio. xxii. ca[pitulo] a. non induetur mulier
veste virili. Heb[raice] non erit vas viri super mulierem sicut supra dictum est in
strumenta cuiuslibet dicuntur eius vasa. Jo[nas] R[egum] ubi dicitur quod ionathas tra
didit vas arma puero in heb[raico] habetur vasa sua et ex hoc nomine vas
viri intelligitur et ad significandum quidquid portare consuevit et decens
est viro sive sit vestis sive aliqua res et ideo heb[raica] litt[er]a generalius loquitur
ad excludendum mos ydolatrarum nam in sacris veneris viri non solum
portabant vestes mulierum sed etiam alia ad ipsas pertinentia colum et
fusum et similia et in sacris priapi mulieres portabant vestes virorum
et arma ut scutum lanceam et huiusmodi. Item. b. non seres vineam tuam
altero semine ne sementis quoniam sevisti et ea que nascuntur ex vinea
pariter sanctificentur. i. decimentur et[iam] ... primicientur secundum litteram
istam granum enim seminatum in vineam citius fiat fructum et me
titur quam fructus vinee propter quod si de ipso tempore messionis darentur
primiae et decime forte crederet dans esse liber a primiciis et decimis
de fructu vinee et sic dampnificarentur sacerdotes et levite propter quod pro
hibetur talis seminatio heb[raice] non seres mixtum vineam tuam ne pol
luatur plenitudo seminis quod seminasti et proventus vinee et vocatur hic
plenitudo seminis quod in fiat fructu ratione prohibitionis est quia fructus vi
nee de novo plantate in immundus est primis tribus annis et ideo si tangeret
fructu grani seminati pollueret ipsum et sic de illo non posset fieri oblatio.
Ideo ratio vero diversitatis inter hebraicam litteram et latinam est quia
eadem dictio que ponitur hic sanctificationem significat et pollutionem diffe
rens tantum secundum puncta que tamen non sunt de substantia litterae tamen variat
significationem sicut accentus apud nos variat significationem eiusdem dem
dictionis sicut pila prima brevis significat pedem pontis et prima longa.
thabernam. Unde versus est pila pes pontis pila ludus pila taberna. xxvi.
ca[pitulo] c. attuli quod sanctificatum est de domo mea etc. heb[raice] abstuli quod
sanctificatum est de domo. i. separavi ab aliis rebus meis ut integre
daretur pauperibus et levitis venientibus ad domum meam non enim
hec decima de qua loquitur deferebatur ad templum sed dabatur
in domo propria et ideo translatio nostra que habet attuli videtur esse corrupta
per scriptores ponentes .t. pro .b. xxvii ca[pitulo] e. Maledictus qui non hono
rat patrem suum et matrem. heb[raice] maledictus qui vilificat patrem suum
et matrem quod est peius quam non honorare nisi vilificatio hic acci
piatur pro substractione honoris debiti. xxviii ca[pitulo] a. Benedicta.

horrea tua heb' benedictus cellarius tuus ut intelligatur q̄cumq; re
positorum earum primum. Item. c. Det dominus ymbrem terre tue puluere
et de celo descendat sup te cinis heb' dabit dominus pluuiam terre
tue fulgor et puluere. Item. c. homo delicatus et luxuriosus heb'
homo tener et deliciosus ex quo patet q̄ in translacione nostra luxuriosus
accipitur pro carnali mollicie et potu et littera sequens hoc ostendit. xxix c.º
b. ut intelligatis uniuersa que facitis heb' ut prosperemini in omnibus que
facietis et sic patet q̄ intelligencia accipitur in translacione nostra cum
prosperitatis effectu sequente nam plures sunt intelligentes qui tamen in
factis suis non prosperantur. Item. e. et assumat ebria sicientem. i.
addat peccatum peccato et idem sonat hebraica littera que talis est et augmentet
saciata sicientem q̄ sicut societas tamen prouocat sitim sic consuetudo
peccandi generat habitum malum inclinantem per modum nature ad
peccatum. xxxii. c.º a. peccauerunt ei et non filii eius in sordibus et ingrat'
sic littera peccauerit ei in sordibus ydolatrie et non filii eius. i. per hoc facti
sunt filii non dei per culpam qui prius erant filii eius per graciam he
b' dissipauit enim filius suus dissipacio eorum q̄ sic exponitur
dissipauit eum. s. populus ysrael legem dei ei non. i. ipsi deo non nocet
dissipacio eorum. Unde exemplis homini nichil ei deperit nec ex bonis
eorum accrescit sed sup̄le filiis suis qui frequenter sunt imitatores
paternorum scelerum io subditur generacio enim peruersa est etc. Item. c.
consumentur fame et c. deuorabunt eos aues morsu amarissimo
heb' insufflabuntur fame et debellabunt eos demones prauis enormibus
subiciendo et corradentur amarei et primum demonis nomine demones
aut sunt dampnatorum tortores in gehenna. Item. c. cum furore tra
hencium sup terram heb' cum ueneno trahencium puluere reptilia enim
uenenosa ut serpentes et huiusmodi trahunt secum puluere adhere
tem eis et inde uenenum emittunt. Item. d. de uinea sodomorum
uinea eorum et de suburbanis gomorre heb' de uinea eorum et de
campis gomorre. hec est uerior littera quia campi coluntur sicut ui
nee non autem suburbana sed sunt loca inculta iuxta muros ciuita
tum ad recreacionem ciuium sicut enim accipitur in ueteri testamento secundum
doctores hebreorum. Item. c. uidete quod ego sim solus heb' uidete.
quia ego ego ille. s. qui potest uos ab aduersariis protegere. xxxiii.º c.º
a. Viuat ruben et non moriatur et sit paruus in numero et hic consonat ei.
q̄ dixit iacob de ruben. gen. xlix.º Effusus es sicut aqua non

quod mo et uinea

crescas heb. Uiuat ruben et non moriatur et sit gens sua in numero quod
exponitur dupliciter uno modo sit in numero id est tam parua quod de facili numerari
sic[..] accipit[..] ima translatio alio modo per expositionem in numero id est multa mi-
lia et iam illa que sunt pauca non solent reputari numeratione digna
3° sic in numero fratrum tuorum quia perdidit ius primogeniture quantum ad reg-
num quod translatum fuit ad iudam et quantum ad duplicem terre portionem
que translata fuit ad ioseph. Item. b. perfectio tua et doctrina tua etc. heb.
urim tum et tumym tum etc. et reddit in eandem sententiam sicut dictum fuit
super exo. xxviij° ca° ubi plenius de istis fuit dictum. Item. c. ponet.
thymiama in furore tuo ut furor tuus auertatur a populo tuo secundum
litteram istam heb. pone ut thurificacionem coram te uel in naribus tuis
sacerdotes enim leuitici generis thimiama cremabant super altare inte-
rius ante sanctum sanctorum ro uero diuersitatis translationis nostre ab he-
braico est quia dictio hebraica que ponitur hic equiuoce significat
iram et coram uel magis proprie ante faciem uel naribus tuis loquitur
enim scriptura de deo modo humano. Unde. gen. viij°. odoratus quia est
dominus odorem suauitatis heb. tamen uidetur melius dicere
Item. e. cornua renocerotis eius heb. cornua bubali cornua eius
Item. g. ferrum et es calciamentum eius heb. ferrum et es de clausuris
suis putamus litteram designatum quod in porte asser foret munitus ferro et
ere is magis tamen proprie per litteram hebraicam et ro diuersitatis est quod dictio
hebraica hic posita equiuoca est ad calciamentum et clausuram. Ite.
.g. in magnificencia eius discurrunt nubes heb. in altitudine
eius sunt celi et aer in quo discurrunt nubes frequenter celum
nominatur. **Incipit liber Josue secundum. Capitulum.**

SEcundo ca° a. ingressi sunt domum mulieris meretricis heb.
ingressi sunt domum hospitatricis non enim est uerisimile quod
si tunc uel ante fuisset meretrix publica quod princeps tribus iude que
erat nobilissima accepisset eam in uxorem quod tamen fecit ut heb.
ca. i. et. 2. et in sequentibus ubi raab nominatur meretrix intelli-
gitur hospitatrix racio autem diuersitatis nostre translationis et hebraice
littere quia nomen hebraicum hic positum est equiuocum ad meretricem
et hospitatricem. heb. tamen uidentur melius dicere ratione predicta.

Item .a. tollensque mulier viros abscondit eos Heb. accepitque mulier
viros et abscondit eum quod potest exponi abscondit eum .i. quemlibet ipsorum
Heb. tamen dicunt quod unus illorum duorum fuit phinees qui erat sicut
angelus et ideo non indigebat absconsione quia in potestate eius erat sic
stare coram hominibus quod non videretur ab eis. iii°. ca°. a. g. Iosue de
nocte consurgens surrexit enim in aurora que est terminus noctis et principium diei
et sic potest ab utroque denominari et sicut medium ab utroque extremorum
.v. ca°. a. Fac tibi cultros lapideos Heb. fac tibi rasoria scindentia vel acuta
non enim videtur probabile quod tanta multitudo populi fuit circumcisa nisi
cum instrumentis ad hoc magis aptis cuiusmodi sunt rasoria hec etiam
videtur causa in iudeorum qui cum rasoriis circumciduntur. Item .f. et
polentam eiusdem anni Heb. et granatam anni illius in paschate
namque fiebat oblatio de granis novis excussis tantum de spicis a-
propinquantibus ad maturitatem per confricationem et gallice dicitur gruer-
nee et de talibus granis tunc comedit populus. vi. ca°. b. Cum insonuerit
vox tube longior atque concisior Heb. non habet concisior sonat enim inter-
pellationem et ideo videtur repugnare ei quod premittitur longior pro qua
ponitur in Hebreo protractior. Item d. igitur iosue de nocte consurgente
Heb. igitur iosue de mane consurgente exponatur ut supra. iii°.
ca°. Item .d. vii. bucinas quarum in iubileis usus est Heb. vii. cornua
arietina. Supplicatio enim septimi mensis fiebat festum pro liberatione
ysaac ab ymmolatione et quod aries fuit ymmolatus pro eo ideo clangebant
vitarum hebr. et prepositus levitarum ( ) in nullus enim levita poterat dici
episcopus aliorum proprie sed soli sacerdotes tamen extenso nomine levita
prepositus aliis poterat dici episcopus et quantum significat idem episcopus quod sup-
erintendens ab epi quod est supra et scopos quod est intendo. Item .g. et in domi-
bus per regiones de filiis iuda etc. hebr. et in villis campestribus de
filiis iuda etc. et incipit hic versus in hebreo et in villis etc. xiii. capitulo
.f. et contestatus sum eos ut in die qua vendere liceret venderet
hebr. et prohibui eos vendere in die quando vendebant venatorum
Item .g. cum quievissent porte ierusalem id est cum venissent tempus
quietis earum per clausionem hebr. cum umbrarent porte ierusalem id est fac-
erent umbram longiorem quod contingit circa vesperum et tunc incipit
solempnitas sabbati que incipit in vespere precedentis diei .pp. quod tunc
claudebantur porte ne per eas inferrentur venalia. **Incipit liber
Hester primus. Capitulum etc.**

P[rimo] capitulo b. qui ebrietate
[ ]is cyatulis inserta erant hebr. qui cyatulis argenteis inserti.

erant enim videtur quod circuli tante magnitudinis possent fieri de ebore
Item . c . Unde regis iusta est indignacio hebraice unde magnus conte=
tus est eis regi et grauamen omnibus . alius vxoratis . ij . ca° a . recorda=
ta est vasti que fecisti et passa fuisset penitendo de culpa sua et dolendo
de sequenti pena secundum literam istam hebraice recordatus est vasti que
fecisset et passa fuisset . nam tunc sedata passione ire assuerus doluit de=
eieccione vasti quia non poterat eam renouare propter edictum quod timebat in=
fringere ne sedicionem regni contra se moueret considerabat etiam quod
vasti non renuerat ad mandatum eius venire ex contentu sed ex=
consuetudinis honestate quia coniuges parsarum et maxime nobilium
non exponebant aspectui hominum nisi virorum suorum et valde propinquorum
Item . g . duo eunuchi regis qui ianitores erant duo principes reg=
tim° custodes vasorum . propter quod eorum machinacio contra regem erat pe=
riculosior quia poterant ingredi ad interiora et inficere veneno vasa in=
quibus regi seruiebatur . **Incipit liber iob tercio capitulo .**
Tercio ca° a . et non sic in recordacione hoc non est in hebreo nec in li=
bris correctis sed post illud non requirat eum deus desuper . Se=
quitur immediate nec illustretur lumine . Item . b . qui parati sunt
suscitare leuiathan . i . demonem qui . suscitare parati sunt homines .
mali obedientes ei et isti oderunt lucem diei . io . iij . omnis qui male
agit odit lucem hebraice expectantes . i . desiderantes orbari societate
sua et tales sunt homines tantis miseriis pressi quod desiderant sub=
trahi de societate uiuencium per mortem Item . d . qui edificant sibi
solitudines secundum proprietatem hebraice sermonis non dicuntur
hic solitudines edificia solitaria extra tumultum ciuitatis con=
cia qui reges et potentes edificant ad sui recreacionem et sic ordina=
tur ad bonum delectabile prout exponit sanctus thomas de aqui=
no sed dicuntur hic solitudines ciuitates et castra destructa que
reges et potentes aliquando reedificant meliora et forciora quam ante
ad faciendum sibi nomen et sic ordinatur ad bonum honorabile .
. iiij . ca° g . qui ante reliqui fuerant . i . filij peccatorum post morte
patrum remanentes et eorum scelera imitantes auferentur ex=
cis . l . excis non est in hebreo nec est de textu . propter quod litera plana est cum
dicitur auferentur . s . de uita presenti non enim post diem quam per mortem .

auferentur a patribus. Defunctis s. propter hoc magis coniungitur eis. v. ca. a. virum stultum interficit iracundia l. a. correcta habet. Vere stultum interficit iracundia tamen propter hoc sententia non mutatur. Item. b. homo nascitur ad laborem et avis ad volandum. hebr. homo nascitur ad laborem et filii angeli in altantur in volatu. i. sicut homines occupantur circa laborem terrenum ita angeli sancti occupantur in contemplatione circa deum nam et inferiores angeli semper vident faciem patris m. xviii. xi. ca. a. unde et verba mea dolore sunt plena. hebr. unde et verba mea balbuciaverunt et est eadem sententia nam homines in dolore positi verba mea proferunt imperfecte. Item. d. qui timet pruinam irruet super eos nix hebr. de ingruenti gelu. i. incipiente vite. i. pro modica afflictione eveniet alia maior super illos qui subtrahuntur vitam a binimicis suis et ne permittit qui interficit etc. vii. ca. militia est vita hominis super terram hebr. numquid est terminus hominis super terram. q. d. sic nam numerus eius vita terminatur ut dicit hic glossa. ga. Item. a. sicut servus desiderat umbram hebr. et libri correcti habent sicut servus et quandam ex fatigatione desiderat laboris quietem et ideo libri communes videntur viciati per scriptores ponendo literam. c. pro s. Item. b. dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur hebr. dies mei festinaverunt sicut radius et est hic radius instrumentum textoris per quod mittit filum ex transverso orditure gallice navete et transit valde velociter de una parte orditure ad aliam. viii. ca. a. et rectum crescere sine aqua hebr. numquid potest crescere sine palude. Item. e. non placebit ei vecordia sua hebr. quia minorabitur vecordia sua quia defraudatur ab eo quod intendebat consequi propositum suum ideo ponitur spes hypocrite peribit ix. ca. o. si repente interroget quis respondebit ei hebr. ecce aufert quis reddet illud. q. d. nullus cum sit infinite virtutis. Item. c. sub quo curvantur qui orbem portant. i. angeli sancti qui administrant omnem corporalem creaturam et eum adorant ps. c. vii. adorate eum omnes angeli eius hebr. sub eo inclinantur adiutores glosse et est eadem sententia nam.

homines. heb. mendacia tua tacebant

angeli sancti exequntur mandata dei et sic dicuntur eius admi=
tores. Item. e. et non de penis innocentum rideat heb' et in temptatione
innocentium irridebit temptatorem sicut in temptatione beati iob irrisit sa=
than qui in illa temptatione non habuit intentum sed oppositum. Item.
f. pertransierunt. quasi naves poma portantes heb' pertransierunt. quasi naves
fluctuantes quia cum ventus impellens navem est ita fortis quod facit
fluctus in mari tunc navis currit velocius. Xe ca°. f. et pene multat
in me heb' mutationes et tempus meum homines cum in afflictione
magna posita qualis erat iob. quia continue cogitat de mutatione
calamitatis sue et de appropinquatione termini vite sue. Xi. ca°. a. tibi
soli tacebunt gentes. quasi dicit non sed in manifestationibus nitebantur
enim amici iob ipsum onerare mendaciis. Xij. ca°. a. deridetur
iusti simplicitas lampas contempta apud cogitationes divi=
tum parata ad tempus statutum heb' deridetur etc. sequitur
parata ad lubricantes pedibus. quasi dicit licet simplicitas iusti deri=
deatur a divitibus huius seculi tamen secundum veritatem est lampas
sive lucerna divina ne homines in via morum offendant. Xiij ca°.
g. quis potest facere mundum de inmundo conceptum semine nonne
tu qui solus es in heb' quis dabit mundum de inmundo et non
est unus glo. mundus in hominibus. xiiij. ca°. d. cunctis diebus
quibus nunc milito etc. cunctis diebus quibus tempus mei. id est in
omnibus diebus usque ad terminum vite mee. expecto etc. Item
f. lapides excavant aque et alluvione terra consumitur et
homines ergo similiter perdentur heb' lapides aque eciam
flotabit renascens pulvere terre spiritus hominis perdes. quasi
dicit ex consumptione lapidum pulvis in diversum impellitur et
deinde aliquid renascitur non sic autem ex homine mortuo
Item. f. signasti. quasi in sacculis delicta mea licet curasti in
iniquitatem meam heb' signasti etc. sequitur adversisti
iniquitatem meam non est sic intelligendum quod deus sit
cum peccato sed quia ex consideratione divine noticie attingentis
omnia peccata usque ad minima quecumque occulta operatur
pena debita minor. xv. ca°. a. arguis enim verbis qui non
est equalis tibi heb' arguens non calefiet. id est prudens in disputando

no monetur passione ire z sic vocat ipm iob de contrito du
hic pmittitur nu[m]quid sapiēs r[espo]ndebit · q · i ventum loquēs aut
implebis ardore stomachum suu[m] · Item · a · z tulisti pces co=
ram domino heb' z magnificasti u[er]bum coram domino · s · sr=
pbe loq[ue]ndo vnde ibi pmittitur q[ui]ntum in te ē euacuasti ti=
more[m] · Item · b · s verba tua h[aec] phibent heb' z loquatur sua=
uiter tecum vnde ibi pmittitur nu[m]quid grande ē ut conso=
letur te deus · xvi · ca[pitul]o · c · circumdedit me lanceis suis heb' cir=
cumdederunt me sagittatores eius vnde insignem pmittitur
posuit me · q · insignem sibi · Item · f · operui puluere carne mea
heb' opui puluere cornu meu[m] · i · capud meu[m] ut[er]um antiquus
accedente cum magis doloris ponebant homines puluerem
u[e]l cinere sup capita sua · xvii · ca[pitul]o · g · cogitationes mee dissipa=
te sunt torquentes cor meu[m] heb' cogitationes mee dissipate s[unt]
hereditantes cor meu[m] · i · i[m]mobiliter existentes ibidem sicut hereditas
dicitur res i[m]mobilis · xix · ca[pitul]o · g · scio q[uod] redemptor meus viuit
z in nouissimo die de terra surrecturus sum z rursum circum
dabor pelle mea z in carne mea videbo deum saluatorem me=
u[m] heb' ego noui saluatorem meum viuu[m] z nouissimu[m] sup
puluere consurget z p[os]t carnem mea[m] i[n]uoluetur hoc z de car=
ne mea videbo deum q[uod] exponit aliqui de incarnatione fi=
lii dei z eius h[ab]itatione cum hominibus sicut dicitur io · primo
u[er]bum caro f[ac]tum ē z h[ab]itabit i[n] nobis · xx · ca[pitul]o · a · z venes mea
indiuisa rapitur heb' z taciturnitatis mea indiuisus rapitur
sophar eni[m] audiendo iob taciuerat z de pluribus eu[m] arguere
cogitauerat · xx · ca[pitul]o · d · z vinetum eius quem vi depresserat
~~vindet vineam eius~~ heb' z iniqui vindemiat · q · d · bonos
z malos indifferenter opp[ri]mit · Item · e · n[on] ambulet p[er] viam
vinearu[m] z eius vinee sic fiant steriles z destructe q[uod] abhor=
reat ip[s]as videre heb' n[on] ambulet p[er] via[m] vinorum · i · deiciatur
ab omi diuino z hore dicto eni[m] hebraica que ponitur hic eq[ui]=
uocat · e · ad vineas z domos · Item · g · z pone ante deum
verba mea heb' z pone ad nichilum verbum meu[m] vnde p=
mittitur quis pt arguere me esse mentitum · xxvi · ca[pitul]o · g · et

f vineam

Est enim palma arbor longe duracionis. Heb. Et sicut palma multiplicabo dies

obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus Heb. et occi-
dit manus eius serpentem tortuosum quod exponit Ra. Sa. de
pharaone quem occidit dominus in mari rubro et notatur quod
serpens tortuosus quia plures permissum sunt de filiis israel
dimittendis retractum. xx^m ca. b. non calcaverit eum filii in-
stitorum Heb. non calcaverunt eam filii leenis et consonat ei
quod subditur nec transivit per eam leena. xxviij. ca. b. et senes
assurgentes stabant ex hoc patet quod tempore iob qui fuit con-
temperaneus moysi homines sexagenarii inter senes compu-
tabantur. Item f. et sicut palma multiplicabo dies et dicit in-
fra quod hoc est causa longissime vite. xxx. ca. pharetram suam mea ape-
ruit Heb. cordam suam laxavit i. cordam arcus mei rumpit
per quod intelligitur oblacio virtutis ipsius iob. Item c. ad dexte-
ram orientis calamitatis mee illi consurrexerit Heb. ad dex-
teram pueri surrexerunt i. indigni honore posuerunt se in me Item
g. interiora mea efferbuerunt absque ulla requie Heb. inter-
iora mea efferbuerunt et non conticuerunt sagtome i. et non cela-
vit dolor quando enim emittitur dolor et quiescit. xxxi. ca.
g. quis michi tribuat adiutorem et desiderium meum omnipotens au-
diat Heb. quis michi det auditorem et linea omnipotentis tes-
tificabitur michi i. linea divine iusticie ostendet innocenciam
meam. xxxiij. ca. c. si fuerit angelus pro eo loquens unus de mi-
libus. s. angelorum Dan. vij. milia milium ministrabant ei et c.
Item consumpta est caro eius a suppliciis Heb. impinguatus est
sicut carne est puer unde subditur revertetur ad dies adolescen-
cie sue. xxxvi. ca. g. in manibus suis abscondit lucem s. solis
de nocte et precepit ei ut rursus adveniat in mane Heb. in ma-
nibus suis abscondit lucem et precepit ei. s. in mane reverti
in est de precacione i. deus adoretur secundum id Sap. xvi. opor-
tet solem prevenire ad benedictionem et ad ortum solis te adorare.
xxxvij. ca. c. frumentum desiderat nubes Heb. angelus plu-
vie laborabit in nube tota enim creatura corporalis ministratur

p angelos secundum. Aug. et io iubes plenius ministratur
p angelum et hec dicitur. hic labor eius tamen sine lassitudine
quatuor. xl iio. ca. d. mittet contra eum flumina et ad locum
alium non ferentur. hebr. stringet super eum et non movebitur
io subditur cor eius indurabitur sicut lapis etc. xlii. ca.
g. et dederunt ei unusquisque ovem unam hebr. obolum unum
supple aureum ex hoc quod subditur et inaurem auream unam
Item. g. et fuerit ei vii. filii hebr. et fuerunt ei septena filiorum
s. due unde dicitur in textu. Quod dominus reddidit.
ipi iob omnia duplicia.

Primo psalmo. a. et in kathedra pestilencie non sedit
dicit autem derisores doctores falsam doctrinam
aut curiosam et in usu habentes. Item. d. et folium eius non
defluet hebr. et folium non marcescet quod est minus quam de
fluere. iio. i. ps. c. ego autem constitutus sum rex ab eo et se
cundum hoc est verbum xpi hominis accipientis potestatem a patre super
omnia in sua resurrectione secundum quod dicit matheus ultimo
data est michi omnis potestas in celo et in terra hebr. ego autem
constitui regem meum et secundum hoc verbum dei patris xpm
homine constituentis regem super omnia modo iam dicto. Item
g. apprehendite disciplinam secundum antiquos hebreos hoc
est lite osculamini filium. i. regem messiam filium david ei faciendo
fidelitatis omagium facientes omagium enim alicui osculantur
eum. iii. ps. c. tu autem domine susceptor meus es
hebr. tu autem domine clipeus circa me. iiii. ps. b. filii ho-
minum usque quo gravi corde ut quid diligitis vanitatem
etc. hebr. filii hominum usque quo inclita mei ignominiose di-
ligitis vanitatem quod exponitur de sanile et sibi adherentibus
in persecucione david sicut filii hominum priorum. s. abraham
ysaac et iacob et sic estis genere nobiles et similiter moribus
esse deberetis nisi degeneraretis usque quo diligitis vani-
tatem etc. credendo verbis doech et aliorum detractorum etc.

David. v. ps. c. quoniam in ore eorum veritas cor eorum vanum est
heb. quoniam non est in ore eorum verum cor eorum insidie. Item
e. linguis suis dolose agebant heb. linguis suis planificant
in facie blandiendo. Item. e. iudica illos deus heb. inculpa illos
deus. vi ps. d. lavabo per singulas noctes lectum meum heb. polluam
tota nocte lectum meum lacrime enim magis inundent ut maculent
lectum quam inundent ut lavet. viii. ps. a. victori pro
torcularibus ps. David heb. ad victoriam super hagittit ps.
David est autem agittit instrumentum musicum sic nominatum
eo quod repertum fuit in geth civitate philistinorum. levite enim
cantabant ps. non solum vocibus humanis sed cum hoc musicis
instrumentis. ps. autem i. e. magis prae cantabatur in hoc instru-
mento quam in aliis et quia unus chorus levitarum in cantando
nitebatur alium superare ideo premittitur ad victoriam et sic in sequen-
tibus exponatur. Item. a. quoniam magis elevata est magni-
ficentia tua super celos. heb. qui das pulcritudinem tuam super
celos. i. filium tuum qui sicut dicitur virtus et magnificentia
patris dei ita dicitur eius pulchritudo heb. primo qui cum sit
splendor et figura substantie eius etc. ix. ps.[ps.] b. et factus est dominus
refugium pauperi heb. et factus est dominus fortitudo contri-
to. i. iniuste depresso. Item. d. in operibus manuum suarum
comprehensus est peccator cogitatione sempiterna quia pena iehenne
caret fine. x. ps. b. quoniam quem perfecisti destruxerunt
heb. quia fundamenta dissipata sunt. i. precepta divina que
sunt morum fundamenta unde ieronimus in psalterio ab eo
translato iuxta hebraicam veritatem sic transfert quia le-
ges dissipate sunt. xi. ps. f. heb. probatum terre heb. dispo-
situm aterra purgatum omnis terree mixtionis. Item. g.
in circuitu impii ambulant secundum altitudinem tuam
multiplicasti filios hominum heb. in circuitu impii ambulant cum
exaltatur. despiciens filios hominum heb. cum enim ex-
altatur superbus qui est bonorum despectissimus impii a-
bulant circa ipsum ad sibi adulandum. xii. ps. g. psallam
nomini tuo altissimi hoc non est in hebreo. xiii. ps. c. replens

In operibus manuum suarum comprehensus est peccator

patens ē guttur eorum 7c. usq3 ibi nonne scient qui operantur
iniquitatem exclusiue nō ē in hebreo. xiiij ps. b. qui nō egit do=
lum in lingwa sua heb' qui non accusauit .s. falso 7 lingua.
sua. xvj. ps. f. eripe animam meam ab impio frameā tuam
ab inimicis manus tue heb' eripe animā meam ab impio fra=
meam tuam impius ē enim framea dei aliquando siue gla=
dius eius ad puniendum peccatorem 7 hoc mō athila. rex hunorū
sancto lupo trecensi dixit se esse flagellum dei quod aūt
subditur ab inimicis manus tue ē principium uersus sequentis
in hebreo ubi sic habetur a mortuis manus tue 7c. Item. g.
satiabor cū apparebit gloria tua heb' satiabor cū euigilauit
similitudo tua. cum eni filius qui ē similitudo patris heb' pmo
qui cum sit splendor 7 figura substancie eius 7c. euigilauit
a sompno mortis 7 in sua resurrectione tunc dauid fuit sa=
ciatus p gloriam anime 7 corporis quia pbabilit' dicatur fu=
isse unus de resurgentibus cum xpo. xvij. ps. e. 7 disciplina
tua ipa me docebit. heb' 7 mansuetudo tua ipa me multi=
plicauit in bonis temporalibus 7 spiritualibus. Item. e. 7 nō sunt
infirmata uestigia mea heb' 7 nō lubricauerunt cauille mee. i.
cauille pedum meorum. Item. f. ut lutum platearum delebo eos heb'
lutum platearum euacuabo eos de locis suis sicut lutum euacuatur
de plateis. Item. g. 7 claudicauerunt a semitis suis heb' 7 timue=
runt in clausuris. i. in fortaliciis suis 7 multo magis ex.
xviij. ps. b. in omnem terram exiuit sonus eorum. heb' in omnem
terram exiuit linea eorum 7 sic exponitur de aplis hic ac=
cipitur linea p sorte sic enim frequenter accipitur in hebreo a=
postoli namq3. ~~ext~~ secundum diuersas terras exierunt. ad p=
dicandum p sortem. xix. ps. f. nos autem in nomine dei nri inuo=
cabimus. heber nos autem in nomine dei nri thurificabimus. i.
incensum offeremus. xx. ps. e. pones eos ut clibanum ignis
in tempore uultus tui heb' pones eos ut clibanum ignis in tempore
ire tue. xxi. ps. a. clamabo p diem 7 nō exaudies 7 nō ad
insipienciam michi heb' clamabo p diem 7 nō exaudies 7 noc=
te nō erit taciturnitas michi. s. a clamore orationis. Item. a.

+ Item tauri pingues obsederunt me

tu autem in sancto habitas laus israel. heb' tu autem sanctus ex-
pectans laudem israel. Item e. foderunt manus meas
et pedes meos hebrei moderni habent sicut leonis manus
mee et pedes mei secundum dominum hic falsificasse literam ex similitu-
dine literarum nam hec dictio carii que significat foderunt
et cari que significat sicut leonis solum differunt in ultima
litera. s. vau et ioth. quarum figure modicum differunt in he-
breo nomina etiam omnia hebrea sunt indeclinabilia sicud
apud nos cornu et gelu. pp. quod apud hebreos non est dictum ut
manus mee et manus meas et pedes meos et pedes mei
Item g. et anima mea illi vivet heb' et animam suam non
vivificabit quia xpistus de quo loquitur hic psalmus ut mul-
tiplicabitur hic ostenditur scribendo super librum psalmorum
animam suam posuit pro omnibus suis. xxiij. ps. d. querentium
faciem dei iacob heb' querentium faciem tuam iacob. i. mutavit
in bonis. Item e. attollite portas principes vestras heb' leva-
te porte capita vestra ut archa dei possit ingredi. xxiiij. ps. c.
pp. quod legem dabit delinquentibus in via heb' docens pecca-
tores in via. s. recta ad viam morum. Item g. innocentes et recti
adheserunt michi heb' innocentes et recti custodient me. xxv.
ps. b. et non placui in veritate tua non sedi cum concilio vanita-
tis heb' et ibo in veritate tua non sedi cum gentibus falsitatis
xxvj ps. g. et mentita est iniquitas sibi heb' et locutus est ini-
quitatem. xxvij. ps. f. et refloruit caro mea et ex voluntate
tua confitebor ei heb' et letatum est cor meum et in cantico meo
confitebor ei. xxviij. ps. f. vox domini preparantis cervos
hebr. vox domini obstetricantis cervos. xxix. ps. c. quoniam
ira in indignatione eius heb' quia admonentium ire eius [illegible]
cito transiens. Item e. ego dixi in habundantia mea heb'
ego dixi in prosperitate mea. xxx. ps. b. odisti observan-
tes vanitates. heb' odivi observantes vanitates. Item
infirmata est in paupertate virtus mea heb' infirmata est
iniquitate mea virtus mea. Item e. in manibus tuis sortes

mee heb' in manibus tuis tempora mea. Item .f. erubescant im-
pii et deducantur in infernum heb' erubescant impii et taceant in
inferno. xxxi. ps. e. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore op-
tuno heb' pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore inveniendi.
ad deprecantibus devote. Item .c. conversus sum in erumpna mea
dum configitur spina heb' conversus sum ab humiditate mea
in siccitatem. xxxiii. ps. b. sup vacue exprobraverunt animam meam.
heb' frustra foderunt anime mee querentes eam de corpore ex-
ruere. Item .c. ego autem cum michi molesti essent induebar cilicio
heb' autem in infirmitate eorum induebar cilicio et dicitur hic
infirmitas eorum active i. illata michi ab eis. xxxvii. ps. d.
amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt
heb' cari mei et amici mei contra plagam meam steterunt.
xxxviii. ps. f. Verumtamen universa vanitas omnis homo heb' frustra fre-
ment. Item .c. ecce mensurabiles posuisti dies meos heber
ecce palmos dedisti dies meos et ante palmus brevis men-
sura. Item .c. et substancia mea tamquam nichilum ante te he-
b' et senectus mea quasi non sit. Item .d. verumtamen in ymagine
transit homo heb' verumtamen in umbra substancia mea apud
te. Item .g. remitte michi ut refrigerer prius quam abeam et
amplius non ero heb' remitte michi et fortificabor antequam ab-
eam et non ero. xli. ps. a. Sitivit anima mea ad deum
fontem vivum heber. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum
et videtur liber iste corrupta per scriptores ponendo eum pro v. xliiii. ps.
d. circumdata varietate heb' circumdata vestimento suo. Item cir-
cumdata varietatibus adducentur regi heb' in brodatis i. in
vestibus sericeis in quibus apponuntur picture cum acu adduce-
tur ad regem et loquitur de regina et non de puellis sequentibus
eam. xlv. ps. a. deus refugium nostrum heb' deus umbraculum
nostrum. Item .f. et scuta comburet igni heb' et pluvinaria comburet.
xlvi. ps. b. subiecit populos nobis heb' occidit populos pro-
bis victorie enim quas habuit populus israel magis fuerunt virtute divi-
na quam humana. xlvii. ps. a. fundatur exultacione universe terre

heb' speciosa frondosa gaudio vniuerse terre et refertur ad illud quod p=
mittitur in ciuitate dei nostri. Item g. distribuite domos eius
heb' in altitate domos eius. Item g. ipse reget nos in secula heb'
ipse ducet nos super mortem xlviij. ps. d. homo cum in honore esset
non intellexit heb' homo cum in honore non hospitabitur. Ultimum
enim eius hospicium erit cum vermibus in terra. xlix. ps. f. et ling=
wa tua concinnabit dolos heb' et lingua tua adherent dolum.
Item g. aduersum filium matris tue ponebas scandalum heb'
et aduersum filium matris tue ponebas blasphemiam. l. ps. b. et vi=
cas cum iudicaris heb' et mundes in iudicio tuo quod non potest impedire.
Item f. quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique. heb' quia
non voluisti sacrificium et dedissem glo. i. si voluisses dedissem.
tibi. li. ps. a. quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate
heb' quare gloriaris in malum. f. meo preuerendo misericordia dei to=
ta die. i. semper est parata suscipere penitentem. lij. psalmo. a. ob
declinauerunt heb' omnes in immundicia. Item f. quoniam deus
dissipauit omnia ossa eorum qui hominibus placent confusi sunt
quoniam deus spreuit eos. heb' quia deus dissipauit ossa oc=
adeuncium te confundentur quia deus abhominatus est eos
liiij. ps. a. contristatus sum in exercitacione mea conturbatus sum
heb' conquerar in querimonia mea et fremam. Item b. expectabam
eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate.
heb' festinabo ut saluer a spiritu eradicante et turbine. Item
d. qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo dei ambu=
lauimus cum consensu heb' qui simul dulce habuimus consilium
in domo dei ambulauimus cum fremitu. Item f. contendit
manum suam in retribuendo contaminauerunt testamentum eius
diuisi sunt ab ira vultus eius heb' extendit manum suam ad=
pacificos suos violauit pactum suum explanauerunt super bu=
tirum os eius. Item g. iacta super dominum curam tuam heb'
iacta super dominum honorem tuum. lv. ps. d. deus vitam me=
am annunciaui tibi posuisti lacrimas meas in conspectu tuo sicut
et in promissione tua heb' deus motum meum enarrasti posuisti la=

lacrimas meas in conspectu tuo sicut in numeracione tua. lvi. ps. c.
animam meam eripuit de medio catulorum leonum dormivi con-
turbatus. Heb. animam meam in medio leonum cubabo fla-
mmancium .i. ferocium. et incipit hic versus animam meam et subin-
telligitur necessitate est intuitu quod in medio leonum ferocium
intrepidus cubabo sicut legitur de daniele. lvii. ps. a. si vere
utique iusticiam loquimini. Heb. si vere muti iusticiam loquitur cum
ps. i. de simile et eius excitatus dormientibus aliquibus elon-
gatus david cum hasta simul eis excitavit eos ostendens suam
innocenciam et eorum maliciam et vocavit eos mutos propter sopo-
rem quo fuerant oppressi. Item. a. in iusticias vestre manus con-
cinnant. Heb. iniquitatem manibus vestris contra ponderate.
Item. f. sicut cera que fluit auferetur supercecidit ignis et
non viderunt solem. Heb. sicut spuma que fluit auferetur
sicut abortivum mulieris quod non vidit solem. lviii. ps. b. sine
iniquitate cucurri et direxi. Heb. sine iniquitate mea
supple curret et preparabunt .s. bellum adversarii contra me. Ite[m].
.c. ad nichilum deduces eos omnes gentes. Heb. subsannabis
omnes gentes. lix. ps. iuda rex meus moab olla spei mee
ydumeam extendam calciamentum meum michi alienige-
ne subditi sunt. Heb. iuda legifer meus moab olla lavacionis
mee in ydumea extendam calciamentum meum philistia associavit me.
lx. ps. g. misericordiam et veritatem eius quis requiret. Heb. misericordia et
veritas preparacione servabunt eum. lxi. ps. a. nonne deo sub-
iecta erit anima mea. Heb. attamen deo .i. taciturnitas anime
mee et eodem modo dicitur infra eodem ps. ubi repetitur idem
verbum. Item. b. verumtamen precium meum cogitaverunt repel-
lere cucurri in siti. Heb. sublevacionem eius cogitaverunt repellere
narraverunt mendacium. Item. f. mendaces filii hominum in sta-
teris ut decipiant de vanitate in idipsum. Heb. mendaces filii
hominum in stateris ascendentes ipsi et vanitas simul .i. sunt eis
de imponderas. lxii. ps. deus ad te de luce vigilo. Heb. de luce te re-
quiram. Item. e. in matutinis meditabor in te. Heb. in custodiis

Item heb. Intenderunt sagittam rem amaram

meditabor iuste et dicuntur hic custodie hore ad laudandum deum de
ut mediate sicut dicitur neemie .ix. quod laudabant dominum qua-
ter in die et in nocte quater lxiij. ps. a. intenderunt arcum rem ama-
ram. Item. f. sagitte paruulorum facte sunt plage eorum et inf-
irmitate sunt contra eos lingwe eorum heb. sagittauit eos deus
sagitta subito erit percussio eorum. lxiiij. b. sanctum est templum
tuum mirabile in equitate heb. sanctum est templum tuum et est ter-
minus versus et incipit alius sic terribilis in equitate exaudi
nos etc. ita quod istud ad deum et non ad templum. Item. d. qui con-
turbas profundum maris heb. qui deprimis sonitum maris lxvij
ps. a. iter facite ei qui ascendit super occasum heb. laudate ascen-
dentem in arabos et secundum hebreos arabos est nomen primum h-
minis celi. Item. e. qui educit vinctos in fortitudine heber. educes
vinctos in ministicia. Item. b. qui habitant in sepulchris. heb. qui habitant
in siccitate. Item. c. rex virtutum dilecti heb. reges exercituum commo-
uebuntur item. posteriora dorsi eius in pallore auri heb. et ale
eius in virore auri. Item. d. mons coagulatus mons pinguis
heb. mons eleuacionum mons pinguibus. Item. d. currus dei .x. mil-
bus multiplicabitur milia letancium heb. currus dei bis decem
milia angelorum. item. e. verticem capilli heb. verticem capillo-
rum. Item. f. principes iuda duces heb. principes iuda lapida-
tes eos. Item. g. ut excludant eos qui probati sunt argento heb.
calcantes in currum argenteo. Item g. venient legati ex egipto he-
ber. adducent exenia ex egipto. lxviij. ps. b. et operui in ieiunio
animam meam heb. et flevi in ieiunio animam meam. item. c. ne-
que vrgeat super me puteus os suum heb. non obturet super me pu-
teus os suum. Item. e. improperium expectauit cor meum heb. con-
fusio confregit cor meum. lxx. psalmo. b. deuenture meus mee
tu es protector meus heb. deuenture meus mee tu es extractor
meus. Item. c. et tu adiutor fortis heb. et tu expectacio mea for-
tis. Item. quoniam non cognoui litteraturam heb. quoniam non cogno-
ui narraciones. lxxi. ps. e. et nomen eorum honorabile coram
illo heb. et sanguinis eorum preciosus coram illo. Item. e. erit fir-
mamentum in terra et in summis montium heb. erit habundancia
frumenti in terra in summis moncium. lxxij. ps. a. quia non est respectus

morti eorum Heb' quia non est vincula eorum morti .i. non morin-
tur in magnis angustiis sicut morientur vinculati in carceribus
Item .b. prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum
cordis Heb' exierunt ex adipe oculi eorum transierunt respectus
cordis. Item .e. verumtamen propter dolos posuisti eis deiecisti eos
dum allevarentur Heb' verumtamen ex planationibus posuisti
eos deiecisti eos in desolationem accipitur hic explorationes pro lubricis
positis et decentibus et est sensus licet felicitas temporalis sit
prosperum peccatoribus tamen finaliter convertitur in eorum destruc-
tionem Item .g. deus cordis mei Heb' petra fundamentum cordis
mei. Item .g. in portis filie Sion hoc non est in hebreo | lxxiij. ps. b.
et cognoverunt sicut in exercitum super summum Heb' manifestave-
runt sicut exitum in alto .s. ponentes signa vexillorum post
exitum de bello ad ostentationem sue victorie unde. Heb' sic trans-
fert posuerunt signa sua signa in tropheum. Item dixerunt
in corde suo cognatio eorum Heb' dixerunt in corde suo deum
eorum. Item .d. tu confirmasti in virtute tua mare Heb' tu
contrivisti in fortitudine tua mare loquitur autem hic de mari ru-
bro quod dominus contrivit ipsum dividendo pro transitu filiorum israel
ipsum etiam tunc confirmavit nam aque fuerunt eis pro muro
a dextris et a sinistris. Exo. xiiij. cap. item tu confregisti ca-
pita draconis Heb' confregisti capita leviathan. Item .e.
estatem et ver tu plasmasti ea Heb' estatem et yemem tu
plasmasti. Item .f. ne tradas bestiis animas confitentes
tibi Heb' ne tradas bestiis animam turturis tue .i. ecclesie Cant.
ij. vox turturis audita est in terra nostra | lxxiiij. ps. a. confite-
bimur tibi et invocabimus nomen tuum Heb' confitebimur et
appropinquabit nomen tuum per condescensionem ad nos | lxxv. ps.
a. et factus est in pace locus eius Heb' et fuit in Salem ta-
bernaculum eius et in Ierusalem que antiquitus dicta est Sa-
lem. Item .a. ibi confregit potentias arcuum scutum gladium
et bellum Heb' ibi confregit volitiones arcus .i. emissiones
sagittarum in modum volatus. Item .b. illuminans tu mi-
rabiliter a montibus eternis turbati sunt insipientes corde.
Heb' illuminas tu mirabilior montibus rapine exciderunt fortes

corde · i · obstinati in malo loquitur enim de senacherib qui in
monte moyza in quo erat templum in montem syon ubi erat
regis pallacium predari voluit orante ezechia ibidem ange-
lus domini percussit eius exercitum que percussio vocatur
hic illuminacio · pp · ostensionem divine virtutis · item · sed quo-
niam cogitacio hominis confitebitur tibi et reliquie cogitacionis
diem festum agent tibi heb' quoniam ira hominis confitebitur
tibi et reliquias ire retinebis · senacherib enim iratus fugit
et sic facto virtute dei confessus fuit quia habebat volun-
tatem destruendi ierusalem si posset · ideo dicitur et reliquias ire
timebis · nam existencia dei fuit interfectus intra sua et sic
retentus ab effectu ire sue | lxxvi · ps · a · manibus meis noc-
te contra eum et non sum deceptus heb' plaga mea nocte pro-
tenditur et non transit adhuc me affligit | Item · d · et dixi
unc cepi heb' et dixi infirmitas mea hec | lxxvii · ps · a · fi-
lii effrem intendentes et mittentes arcum heb' filii effraym ar-
mati · | Item · c · aut pace mensium ipso suo heb' aut pace an-
nem ipso suo desiderabat enim esum carnium · item · d · et fructu
ipsius exacerbaverunt heb' in sancto israhel signa pecierunt tamquam
incredulis · item · e · et mors eorum in prima heb' et mors eorum
in locusta quia locuste corroserunt fructus arborum · | Item ·
g · et virgines eorum non sunt lamentate heb' et virgines eorum
non sunt nupte (rupte) pp · hominum mortalitate quibus possent dari | lxx-
viii · ps · a · posuerunt ierusalem in pomorum custodiam heb' po-
suerunt ierusalem in acervos · sed edificia destruendo | lxxix · ps · c ·
exterminavit eam aper de silva et singularis ferus depastus
est eam hebrei conculcavit eam porcus de silva et commodo agri
depasta est eam et dicitur hic commodo agri bestie per agros cur-
rentes | lxxx · ps · c · manus eius in cophino servientes servi-
erunt heb' manus eius in cophino transierunt nam ioseph de ipso
loquitur a labore transit servitutis ad dominium patris · pp · quod ideo
transferet sic manus eius in cophino recesserunt | lxxxii · ps · a ·

Deus quis similis erit tibi. Heb. deus ne taceas t. et sic transferat Jeronimus
et est sensus deus ne dissimiles amplius in ininias nec redimdetes
puniras eos secundum ordinem iusticie tue. Item. b. et cogitaue-
runt aduersus sanctos tuos. Heb. et cogitauerunt aduersus occulta tua
illa que erant intra templum que a solis sacerdotibus uideban-
tur et hec gentiles maxime querebant destruere. Item. e. deus
meus pone illos ut rotam. Heb. deus meus pone illos ut rota
cardonem et accipitur hic cardo in speciali pro illo qui in capite facit
quandam rotam albam que ad modicum flatum dissipatur | lxxxiij
ps. d. ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrimarum in lo-
co quem posuit. Heb. laudationes in corde suo transeuntes in ual-
lem lacrimosam fontem ponet eam. Item. f. quia misericordiam et uerita-
tem diligit deus. Heb. quia sol et scutum dominus deus nam
illuminator est et protector sperancium in se | lxxxiiij. ps. d. et super sanctos
tuos et in eos qui conuertuntur ad cor. Heb. et super sanctos et non
reuertantur ad stulticiam precadunt in mortale peccatum | lxxxv. ps.
.d. deduc me domine in uia tua letetur cor meum ut timeat
cor tuum. Heb. doce me domine uiam tuam et ibo in ueritate tua so-
litarium fiat cor meum ut timeat nomen tuum | lxxxvj. ps. d. hij
fuerunt illic. Heb. iste natus ibi Christus in ea quia natus est de uirgi-
ne que est nobilissimum membrum ecclesie quam etiam Christus funda-
uit. Item. g. et principum horum qui fuerunt in ea. Heb. iste natus
ibi semper | lxxxvij. ps. d. traditus sum et non egrediebar. Heb.
incarceratus et non exibo. Item. f. exaltatus autem humiliatus
sum et conturbatus. Heb. portaui terrores tuos in mei ipsius si-
tuatus | lxxxviij. ps. c. quia domini est assumptio nostra. Heb. quia
dominus scutum nostrum. Item. d. nichil proficiet inimicus in eo.
Heb. non commodabit inimicus ei. Item. e. prophanasti in terra
sanctuarium eius. Heb. prophanasti in terra coronam eius. Item. g.
memorare que mea substancia. Heb. recordare quid senectus
mea. Item. g. exprobrauerunt commutationem Christi tui. Heb. ex-
probrauerunt talos Christi tui id est uestigia eius | lxxxix. ps. a. ne auertas

hominem in humilitatem heb' conuertis hominem usq; ad contricionem
Item . b . pinchilo [?] heuitur eorum anni erunt heb' impegisti eos
sompnus erunt . i . res apparentes et non existentes . Item . e . et pectore [?]
tuo iram tuam dinumerare dexteram tua sic noti fac et eru-
ditos corde in sapiencia heb' sicut timor tuus ira tua ad nu-
merandum dies nostros nos doce ut adducamus ad cor sapien-
ciam / xc . ps . a . quoniam ipse liberauit me de laqueo venancium et a
verbo aspero heb' quoniam ipse liberauit me de pedica venatoris
et a peste contradictionis / xci . ps . g . adhuc multiplicabuntur in
senecta uberi et bene pacientes erunt et hic terminatur versus in
translacione iohannis [?] ubi ut sic heb' adhuc multiplicabuntur in se-
necto uberioso impinguati et ramosi erunt / xciii . ps . a . deus ulcionum
libere egit heb' deus ulcionum resplenduit / xciiii . ps . g . xl . annis
offensus fui generacioni huic heb' xl annis contendi cum gene-
racione hac / xcv . ps . d . commoueatur a facie eius uniuersa terra
heb' paueat a facie eius omnis terra / c . ps . d . superbo oculo et in-
saciabili corde cum hoc non edebam heb' superbo oculo et insacia-
bili corde cum hoc non poteram supplere uel commutare / ci . ps .
f . rendit [?] ei in via virtutis sue paucitatem dierum meorum nuncia
michi ne reuoces me in dimidio dierum meorum heb' afflixit in
via fortitudinem meam abreuiauit dies meos dicam deo
meo ne subtrahas me in medio dierum meorum / ciii . ps . c .
expectabunt onagri in siti sua heb' confringent onagri siti sua
Item . c . de medio petrarum dabunt voces et consonat lre [?] im-
mediate precedenti ubi dicitur super eam volucres celi habitabunt
Item . d . saturabuntur ligna campi heb' saturabuntur ligna
domini item . f . hoc mare magnum et spaciosum manibus hoc
mare magnum et spaciosum locis / ciiii . ps . d . et non exacerba-
uit sermones [?] heb' et non rebellauit verbis eius / cv . ps . b . et irrita-
uerunt ascendentes in mare heb' et rebellauerunt super mare
nam antequam intraret mare videntes egipcios venientes
dixerunt moysi improperando forsitan non erant sepulchra in e-
gipto etc . Exo . xiiii . ca . Item . c . et misit saturitatem in animas eorum

heb' de medio ramorum dabunt voces

et peccavit. heb. et stetit

heb. et misit in carne in animas eorum. i. impotenciam vivificandi.
corpa nam adhuc erant carnes inter eorum et dominus iratus
percussit eos plaga magna ut hebr. nu. xi. c. Item. e. et stetit
phinees et phinees et oravit. c. vj. ps. c. et sustepit eos in illa ini-
quitatis eorum heb. stulti facti sunt pro. viam iniquitatis eorum
c. vij. ps. d. in da rex meus moab olla spei mee. heb. in da le-
gifer meus moab olla lavationis mee. item. d. michi alieni-
gene amici facti sunt heb. michi philistij associabo c. viij.
ps. d. et deiceantur de habitacionibus suis heb. et requirant-
tur de habitacionibus suis ad captivandum eos et occidendum
Item. f. genua mea infirmata sunt a ieiunio et caro mea im-
mutata e pro. oleum heb. genua mea infirmata sunt a ie-
iunio et caro mea macilenta facta e a pinguedine i. tam macilenta
ta e a pinguedine in macie c. ix. ps. b. tecum principium in die
virtutis tue in splendoribus sanctorum ex utero ante luci-
ferum genuit te heb. ipsi tibi principes in die virtutis tue in de-
core tuo sancto de matrice aurore tibi ros adolescentie tue.
hic beata virgo aurora dicitur et corpus christi celitus forma-
tum ros Item. f. implevit ruinas heb. implebit cadavera.
vel funera. C. xi. ps. d. iocundus homo qui miseretur et com-
modat disponit sermones suos in iudicio heb. bonus vir.
misericors e et commodatus complebit sermones suos in iudicio
C. xiiij. ps. d. et pericula inferni invenerunt me heb. et termini inf-
erni invenerunt me Item. g. placebo domino in regione vivorum
heb. ambulabo coram domino in terra viventium. C. xvij. ps.
c. quia ultus sum in eos heb. quia conscindam eos. Item. c.
exarserunt sicut ignis in spinis heb. et tamen exarserunt sicut ignis
in spinis. i. cito consumpserunt. C. xviij. ps. a. nam et testi-
monia tua meditatio mea e et consilium meum iustificationes
tue heb. nam et testimonia tua consolationes tue sunt et ho-
mines consilij mei. i. a testimonijs sacre scripture accipio consi-
lium in agendis. Item. a. et iudicia tua non sum oblitus heb.
et iudicia tua precepi diligenter observari. Item. b. et exquiram

eam semper heb' et equitatem eam investigavi .i. dilexi. item. g.
superbi inique agebant usquequaque. heb' superbi irriserunt me
item. e paratus sum et non sum turbatus heb' festinavi et non
tardavi quasi impeditus. Item. e. multiplicata est super me iniqui-
tas superborum heb' duplicaverunt super me superbi mendacium
Item. d. defecit in salutari tuo anima mea. heb' desideravit
in salutare tuum anima mea. item. d. narraverunt michi iniqui
fabulationes heb' foderunt michi superbi foveas ad capiendum
me. Item. e. inclinavi cor meum ad faciendas iustificatio-
nes tuas in eternum propter retributionem heb' inclinavi cor me-
um ad faciendum iustificationes tuas in eternum vestigium. Item
.e. iniquos odio habui heb' cogitationes odivi scilicet malignas.
Item. e. prevaricantes reputavi omnes peccatores terre heb' scoriam repu-
tasti omnes peccatores terre. item confige timore tuo carnes meas.
heb' orripilavit a timore tuo caro mea. Item. f. preveni in matu-
ritate heb' preveni in mane. Item. f. prevenerunt oculi mei ad te
diluculo heb' prevenerunt oculi mei custodias. Item. g. vidi preva-
ricantes et tabescebam heb' vidi prevaricantes et tabescebam mere-
bam. C. xix. ps. d. sagitte potentis acute cum carbonibus
desolatoriis heb' sagitte potentis acute cum carbonibus iuni-
perorum qui cineribus opti diu servant ignem. ideo dicitur iunipe-
rus a igne gignis et pir quod est ignis. C. xxi. ps. d. et habundancia
diligentibus te .i. pacificabuntur diligentes te. C. xxv. ps. d.
converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro
heb' converte domine captivitatem nostram sicut rivos in siccitate
tempore enim siccitatis rivi incipientes repleti sunt valde delecta-
biles. C. xxvi. ps. d. surgite postquam sederitis quia mandu-
catis panem doloris. heb' retardantes sessionem et mandu-
cantes. panem laborantium isti sunt pauperes operarii qui mu-
tuum prout opus continuant et sessionem .i. quietem retardant
et panem sui laboris manducant. Item. e. sagitte in manu
potentis ita filii excussorum. beatus vir qui implevit desi-

Btus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. heb^c. Sicut sagitte in manu potentis ita filii

derium suum ex ipsis heb' sicut sagitte i manu potetis ita filii ex excussorum #
(annectum) inuetuum beatus uir qui impleuit pharetram suam ex eis. C=
xxviij. ps. b. supra dorsum meum fabricauerunt peccatores prolonga=
uerunt iniquitate suam dominus iustus concidet ceruices
peccatorum heb' supra dorsum meum arauerunt arantes prolongaue=
runt sulcos suos. dominus iustus concidet funes impiorum
C.xxix. ps. c. a custodia matutina usque. ad noctem heb' a custo=
dia matutina usque. ad matutinam. s. sequentis diei et io cum
dicatur in translacione nostra usque. ad noctem h^c intelligitur inclu=
siue. C.xxxi. ps. f. viduam eius benedicens benedicam heb' victu
eius benedicens benedicam. Item. g. et super ipsum efflorebit sancti=
ficatio mea heb' et super ipsum lucebit coronam suam. C.xxxiij. ps.
e. et in sermis suis gloriabor heb' et in sermis suis glorificabitur
ps a. C.xxxv. confitemini deo deorum in hebreo additur sub eodem
uersu quoniam in eternum misericordia eius. et eodem modo additur in omni=
bus uersibus sequentibus usque. ad ultimum qui sic incipit con=
fitemini domino etc. et non est defectus quia non est in hebreo nec in
translacione ieronimi. C.xxxvij. ps. a. quoniam audisti uerba
oris mei hoc non est in hebreo nec in translacione ieronimi. Item. b.
quoniam magnificasti super me omne nomen sanctum tuum
in hebreo et in translacione ieronimi additur sub eodem uersu uer=
bum tuum. Item. f. et alta a longe cognoscit i. superba destru=
it. Item. g. dominus retribuet pro me heb' dominus perficiet
pro me opera que non possum complere. C.xxxviij. ps. a. intellex=
isti cogitaciones meas de longe semitam meam et funiculum meum
inuestigasti heb' intellexisti malum meum de longe iter me=
um et accubacionem meam uentilasti. Item. d. confitebor tibi
quia terribiliter magnificatus es heb' confitebor tibi quia
terribilia admirattus sum iudicia tua. Item. f. quia dicit
in cogitacione accipient i vanitate ciuitates suas heb' qui
dicent te dolose leuabunt nomen tuum in inimicia tui adulando
tibi in facie ut decipiant te. Item. g. et super inimicos tuos ta=

heb^c et alta a longe confringet

destebam heb' et insurgentes contra me increpabam. Item . g . et uide
si uia iniquitatis in me e heb' uide si uia doloris . i . perfecte cottidie
in me e quae e uia ducens ad penam, ro sequitur et deduc me in
uia eterna . CXL . ps . b . ad excusandum excusationes in peccatis heb'
ad imponendum calumpnias in malum . Item . d . quoniam ad-
huc et oro mea in beneplacitis eorum absorpti sunt iuncti petre iu-
dices eorum heb' quoniam adhuc oro mea in malis eorum di-
missi petre iudices eorum moyses et aaron qui offenderunt in
aquis contradictionis de petra oreb . Item . e . audient uerba
mea quoniam potuerunt sicut crassitudo terre erumpta
e super terram heb' audient uerba mea quoniam decora
sunt . i . penetratiua cordium sicut findens scindit terram et sic
agricola penetrat . CXLI . ps . g . me expectauerunt iusti donec
retribuas michi heb' me coronabunt iusti cum retribueris michi
nam gloria cuiusque sancti augmentatur ex societate aliorum .
CXLII . ps . d . anima mea sicut terra sine aqua tibi heb' anima
mea sicut lassata sitiens tibi semper . CXLIII . ps e quorum filii
sicut nouelle plantationes sua in iuuentute sua filie eorum
heb' ut sunt filie nostri sicut quasi plantatio crescens in ornate et
secundum . hoc dauid orat pro iuuenibus isr(ae)l ut crescat maio-
re corporis et moribus et pro iuuenculis ut ornate tradentur
nuptui ad multiplicationem populi . Item . f . promptuaria eorum
plena heb' promptuaria nostra plena ita dauid orat pro prosperitate
isr(ae)l in temporalibus unde quod subditur oues eorum fetose etc.
et boues eorum crasse et postea neque clamor in plateis eorum
in hebreo habetur oues nostre et boues nostre in plateis nostris . CXLIIII .
ps . e fidelis dominus in omnibus uerbis suis et sanctus in omnibus
operibus suis . is uersus non e in hebreo . Item . f . omne ani-
mal benedictione heb' et implens omne uiuens benedictione . i . tuis
beneficiis . CXLVII . ps mittit cristallum suum sicut buccel-
las ante heb' mittit gelu suum sicut buccellas . Sciendum
autem quod translatio nostra in libro psalmorum in multis et multipliciter
dissonat in hebraico et frequenter de uno ipsa facit duos et e(c)o(n)-

in adolescentia sua et filie nostre ornate

uerso de duobus diuisis et aliquando incipit versum in medio li-
nee sequentis ex quibus aliquando sententia variatur et propter pluritatem
vitandam plura obmisi scribere et ideo qui voluerit habere perfectius
recurrat ad psalterium ieronimi quod dicitur hebraicum eo quod
transtulit illud immediate de hebreo in latinum ad peticionem cuius-
dam nomine sophonii eo quod frequenter disputaret cum iudeis et
cum allegaret auctoritates libri psalmorum secundum translacio-
nem vestram negabant eas eo quod frequenter est aliter in hebreo. etc.

PRimo ca°. Incipiunt parabole salomonis primum capitulum
.d. Sic semite. omnis iniqui. heb. sic semite omnis
congregantis diuicias. male. Item. d. stulti ea que si-
bi noxia sunt cupient. heb. et derisores derisionem cupient
secundum illud quod ve qui spiritus nomine quia ipse spueris gr. d.
sic. ij° ca°. d. et omnem semitam bonam. heb. et omne tramitem
bonum. Item. g. ad inferos semite illius heb. et ad inferos cur-
rum eius. iij. ca°. c. melior est acquisicio eius negociacione argenti
et auri primi et purissimi fructus eius heb. melior est mercacio
eius mercatione argenti et auro purissimo fructus eius meli-
or est. Item qui tenuerit eam. beatus heb. qui innititur ei be-
atus. Item. g. egestas a domino in domo impii heb. maledictum a do-
mino in domo impii. Item. g. exultacio stultorum ignominia heb. exultacio
stultorum ignominia quia tunc magis apparet eorum fatuitas sicut
turpitudo simee quando sursum ascendit. iiij. ca°. g. vias que
a dextris sunt etc. iste versus non est in hebreo. v. ca°. a. ne intende-
ris fallacie mulieris hic non est in hebreo. Item. f. cerva karissima et
gratissimus hynnulus heb. cerva karissima et ascensus gracie. vj.
ca°. c. si vero impiger fueris etc. heb. non habet hunc versum. vij. ca°.
.a. fili mi honora dominum et valebis etc. hic versus non est in he-
breo. Item. a. et prudenciam voca amicam tuam heb. et sciente
ad intelligendum notabis. Item. f. statim eam sequitur quasi
bos ductus ad victimam et quasi agnus lasciviens et ignorans
quod ad vincula stultus trahatur heb. statim eam sequitur bos
ductus ad victimam et sicut advenerunt constringens stultum

qui non aduertit donec moritur · viij · ca° · a · quoniam de rebus
magnis locutura sum heb' quia principatus loquar · Item · f · cum
eo eram cuncta componens · heb' iuxta eam fui nutrita · ix · ca° · a · q
enim applicabitur illi &c · heb' non habet hunc uersum · x · ca° · a · qui
nititur mendacijs &c · iste uersus non est in hebreo · xi · ca° · g · bn
consurgit diluculo qui querit bonum heb' qui querit bonum
querit beneplacitum diuinum · xij · ca° · b · doctrina sua cognoscitur uir
qui autem uanus & excors est prebebit contemptui heb' doctrina sapi=
encia sua laudabitur uir & mobilis corde erit in contemptum ·
Item · b · melior est pauper sufficiens sibi heb' melior est uigil & servi=
ens sibi · Item · c · qui suauis est uiuit &c · heb' non habet hunc uersum
Item · e · est qui promittit &c · q · gladio pungitur consciencie heb' est
sperans · q · perforatus gladio · s · quando defraudatur a promissione
Item · f · non contristabit iustum quidquid ei acciderit heb' non a=
cidet iusto omnibus falsitatibus · i · nulla quia omnibus non & nulla equi=
pollet · Item · g · non inueniet fraudulentus lucrum heb' non as=
sabit fraudulentus uenacionem suam · i · non assequetur como=
dum ex eo in quo multum laborauit ad consequendum illud ·
vestes nigras in morte amicorum suorum in signum tristicie. Et iiij^to
capitulo c. ne forte veniam et cetera. hebr. non habet forte. Ita adven
tus domini ad iudicium expectatur certitudinaliter de futuro quamvis
determinacio temporis sit ignota. Sed circa adventus iudicis futurum sit re
probis horrenda electis tamen erit letabundus. propter quod salvator
luc. xxj. loquens apostolis de signis precedentibus adventum suum
ad iudicium dicit. hiis autem incipientibus fieri respicite et leva
te capita vestra i. exhilarate corda. sicut exponit beatus gg.
ewan^o omelia prima et subditur letitie causa. quoniam appropinquat
redempcio vestra. et ideo secundum consilium beati petri apostoli secunda canonica capitulo
ij^o. satagamus ut per bona opera vocaciones et electiones
nostras sic certas faciamus ~~ut~~ ut quem redemptorem leti suscepimus
venientem quoque iudicem securi videamus dominum nostrum ihesum
christum qui cum patre et sancto spiritu vivit et regnat in secula se
culorum. A. m. e. n. Alij vero libri qui in nostris
biblijs ponuntur communiter inter libros veteris testamenti scilicet thobias
Judith. sapiencie. liber ecclesiasticus. liber machabeorum et ultima duo ca
pitula danielis non sunt de canone nec habentur apud hebreos
propter quod quantum ad ipsos non potest aliqua differencia poni inter trans
lacionem nostram et hebraicam literam. differencia namque aliquorum
utrumque differencium presupponit. Possunt aliqui credere quod in
hoc opere et in postillis super vetus testamentum multa posue
rim de hebraico aliter quam sint in veritate cum in hac lingua
non sim multum sed modicum instructus. propter quod omnes scire vo
lo quod in dictis operibus nichil posui de hebraico capite tantum
sed cum dictione et collacione atque consilio virorum in hebraico
peritorum. // Sciendum eciam quod apud hebreos multa sunt
nomina equivoca et aliquando translacio nostra tenet unum sensum
hebrei aliud sicut ostendi in pluribus locis in operibus pre
dictis. varij eciam doctores hebraici veteris testamenti
exponendo propter equivocacionem dictam inter se variantur.
ego vero in talibus communiter consecutus sum. ra. sa. Cuius
doctrina apud iudeos modernos magis autenticata putatur et

Q(ue)stio N. de lyra ad q(ue)da(m) iudeu(m) c(on)t(ra)ub(iu)s cav(i)l(lantem) neg(an)t(em) argu(itu)r te-
Q
uertitur u(tru)m per s(cri)pturas a iudeis receptas pos-
sit p(ro)bari misteriu(m) xpi in lege (et) p(ro)ph(et)is p(ro)missu(m) ia(m)
esse completu(m). Et arguit(ur) p(ri)mo q(uod) sic. Johannis
v. dicit saluator iudeis. Scrutamini s(cri)pturas
(quia uos putatis in ip(s)is uitam etia(m) h(abe)re (et) illi s(un)t q(ue) testio-
niu(m) p(er)hibent de me (s(cri)pture u(er)o in quibus iudei putant uita(m)
etia(m) h(abe)re sunt ab eis recepte) (et) sic u(er)bu(m) saluatoris d(i)c(tu)m uidetur
ee f(a)l(su)m nisi per eas possit probari misteriu(m) ee completu(m). H(oc)
aut(em) d(icer)e est in (con)ueniens. Ergo (et)c. ¶ In contrariu(m) arguit(ur) q(uia)
m(u)lti iudei subtiles (et) i(n)genio(s)i (et) i(n) s(cri)pturis ualde studiosi su(n)t
mortui in iudaismo q(uod) n(on) est visibile si per s(cri)pturas ab eis re-
ceptas poss(et) probari impletum ee misteriu(m) xpi nam mani-
feste uidiss(ent) se errare (et) sic recessissent ab errore ¶ R(esp)ons(i)o
hic sunt duo uidenda. Primu(m) est que sint s(cri)pture recepte a
iudeis. Secu(n)d(u)m utru(m) predicta possint p(er) istas s(cri)pturas probari
probatione efficaci ¶ Circa p(ri)mu(m) sciendu(m) q(uod) lib(ri) canonici
ueteris testamenti sunt ab eis recepti tamq(ua)m deo inspirante
te s(cri)pti sunt aut(em) in uniu(er)so xxii s(ecundu)m antiqua(m) computatione(m)
xxiiii s(ecundu)m modernam quia lamentatione(s) Jeremie (et) liber
Ruth ponu(n)t(ur) modo p(ro) duobus libris a lib(ri)s Je(remie) (et) iudicum
separatis ¶ De istis lib(ri)s v lib(ri) d(icu)n(tu)r legales s(cilicet) v lib(ri) moysi
(et) sunt in p(ri)mo ordine apud iudeos. viii d(icu)n(tu)r p(ro)ph(et)ales s(cilicet) Jo-
sue. Judicum. Samuel. i. p(ri)m(us) (et) sec(un)d(u)s. Reg(um) malachim. i.
tertius (et) quartus Reg(um). ysa(ias). Je(remias). ezech(iel). lib(er) duodecim p(ro)ph(et)ar(um)
(et) isti sunt in sec(un)do ordine. Reliqui u(er)o d(icu)n(tu)r agiographi i(d est) s(cri)p(tur)e
sancte u(e)l sanctoru(m) (et) isti sunt lib(ri) psalmoru(m) p(ar)ab(o)le salomo(n)is
Job. ecclesiastes. cantica. Ruth. lamentatione(s) Je(remie). hest(er). daniel.
esdre. pal(ipomenon) (et) isti sunt in t(er)tio ordine ¶ Considerandu(m) etiam
q(uod) isti lib(ri) sunt apud eos m(u)ltipl(icite)r conscripti. Uno modo pure
hebraice sic p(ri)mo traditi sunt s(cilicet) s(er)mone pure hebraico (et)
l(itte)ris hebraicis ¶ Aliter hebraice (sed) non pure h(ebrai)c(e) s(ed) s(er)mone cal-
daico (sed) l(itte)ris hebraicis quia hebraicu(m) (et) caldaicum sunt ydio-
mata p(ro)pinqua eisdem mi(n)i(m)is l(itte)ris utentia licet in q(ui)b(us)da(m) quamuis
discrepent in figura tame(n) conueniunt in sono (et) u(ir)tute ut
d(ici)t Jero(nimus) in prologo galleato (et) io u(nu)m ydioma p(o)t(est) facilit(er)

i. argu

scribi per litteras caldeas ¶ Hoc igitur modo plures scripserunt vetus
testamentum et maxime yonathan filius oziel cuius scriptura est ita
autentica apud hebreos quod nullus fuit ausus sibi contradicere
propter quod in libris notabilibus iudeorum ponitur hebraicum purum et una
columpna et caldaycum scriptum ab illo yonathan litteris hebra
icis in alia columpna. unde in caldayco quasi per expositionem quia a
liqua que erant multum obscura in hebraico puro clarius
ponuntur et quia exponuntur in illo caldaico ut in sua prebit
magis et ideo illa translatio necessaria est ad disputandum cum iu
deis in passibus multis ¶ Similiter translatio lxx interpretum apud
eos habetur saltem apud studiosos Isti enim lxx fuerunt electi de
toto populo israel tamquam excellentissimi et litteratissimi et periti
in lingwa hebraica et greca secundum quod dicit yosephus xii libro
antiquitatum ipsi autem non semper transtulerunt de hebreo in grecum
verbum ex verbo sed frequenter sensum ex sensu mutantes aliqua
vel occultantes industria que possent esse erroris tholomeo regi
Hanc autem translationem volunt habere studiosi hebreorum tamquam
sanctum sapientissimorum et dato quod nusquam apud eos haberetur tamen
non possent ipsam negare cum sit facta a sapientioribus de
toto illo populo et etiam in tanto numero et ideo de illa possumus in
ducere nos ad probandum aliquid ipsis iudeis ¶ Item preter scripturas
canonicas sunt scripture a iudeis recepte tamquam autentice
scilicet thalmut quia secundum ipsos scriptura ista non differt a scripturis
canonicis nisi sicut lex data verbo a lege data scripto quia ista fuit
moysi revelata a deo sicut et illa que est scripta in libris moysi sed
tamen moyses non sic scripsit ea que continentur in thalmut
et hoc potuit esse duplici de causa ut potest quia non erat ne
cessarium ut populus sciret illa sicut erat necessarium de preceptis in le
ge vel quia illa magis erant in secreto habenda moyses tamen
tradidit ea yosue et aliis senioribus eodem modo et sic consequenter
quousque scripta sunt per doctores posteriores ne caderent
in oblivionem ¶ Similiter dicta ebraicorum doctorum qui glosaverunt
vetus testamentum sunt autentica apud eos multo magis
quam apud nos verba Jeronimi. augustini et aliorum doctorum
catholicorum et huius potentissime propter illud quod scribitur deuteronomii. xvii.
Non declinabis a verbis eorum ad dexteram sive ad sinistram. vbi

verbo. sicut fuerat a deo, et aliis aliis posterioribus eodem modo

loquitur scriptura de doctoribus sive sacerdotibus · ad quos precepit
scriptura in dubiis recurrere et eorum sententiam discussisse tenere licet autem
homines scripture pro magna parte sunt false scilicet thalmut et glose doctorum
hebraicorum tamen per eas possumus contra eos arguere ·
efficaciter ex quo sunt ab eis predicto modo recepte sicut e contrario
si argumentum faceret contra nos ex evangelio et scripturis
apostolorum et huiusmodi esset efficax contra nos licet respuant huiusmodi scrip
turas fere continue ¶ Dico que scripture sunt a iudeis recepte
¶ ¶ Sed videndum est an illud quod in questione ponitur possit
per illas efficaciter probari ¶ Et distingo de probatione effi
caci quia efficacia probationis potest dupliciter accipi uno modo quod sit
tam efficax probatio quod non possit evitari sine evidenti ne
gatione vel contradictione scripture predicte et sic videtur michi
quod non sit adhuc probatum per predictam scripturam quod in conclusione
queritur. cuius ratio est quia misterium trinitatis et incarnationis
Christi expressius ponitur in scriptura novi testamenti quam veteris
sicut patet manifeste et ab omnibus conceditur et tamen heretici mul
ti totum novum testamentum recipiunt et pro suis erroribus
exponunt aliqui tamen eorum negant sanctam trinitatem personarum
in divinis sicut sabellius et aliqui negant deitatem in Christo sicut
arrius et aliqui veram humanitatem sicut manicheus qui dixit
Christum habere carnem fantasticam ad quod sequitur Christum non esse verum
hominem quia caro vera est de veritate humane nature similiter
arrius qui dixit Christum non habere animam intellectivam et ad dictum
utriusque sequitur Christum non esse hominem cum ab anima intellectiva
accipiatur species humana ¶ Si igitur predicti heretici exponebant
pro se scripturam novi testamenti melius iudei possunt pro se exponere
scripturam veteris testamenti ¶ Alio modo potest accipi efficacia
probationis per scripturam sic quod licet scriptura possit exponi aliqualiter
modo saltem ad evadendum absque contradictione manifesta
tamen simpliciter loquendo non potest exponi racionabiliter sic quin semper
appareat expositio fidei catholice rationabilior et hoc modo
credo quod illud quod expositum est in questione probatum est a sacris
per scripturam veteris testamenti ¶ Et iterum hoc idem probatur et
procedendo hoc modo ¶ In questione autem duo ponuntur
unum scilicet quod pertinet ad tempus · scilicet tempus adventus Christi sit

pretitu sim q ptinet ad psonam. Scilicet sit deus et homo in una
persona et illud implicat duo. quia fides catholica ponit
unione nature diuine et humane in determinata persona s. in p
sona filii et non patris nec spus sancti et ex hoc supponit plu
ralitas personarum in diuinis q fortissime negatur a iudeis
probanda — Sic igit ad pbatione q in cone ponit. p scripturam ab eis re
ceptam. tria sunt p ordine declaranda ex eadem scriptura. Primum
est q in unitate diuine essentie est pluralitas personarum sine sup
positorum. Secundum est q in psona filii natura humana et diuina
sit unite ita q ipse verus homo et verus deus ¶ Tertium est q
hoc est sicut de preterito et non expectandum de futuro sicut spectant
iudei in hoc valde decepti ¶ Ad declaratione primi. primo ad dua
argumentu magistri sniarum. ii. distinctione primi libri. Ubi probat
pluralitate personarum in diuinis p illud q scribitur. i. Gen. In
principio creauit deus celum et terram etc. Ueritas hebraica habet
sic. In principio heloy. creauit celum et terram. Heloy autem est
nomen plurale. huius nominis hel. vel heloy q significat deum
in singulari. et ex hoc satis patet scientibus pprietates ydiomatis
hebrei. p hoc aut q nomen plurale diuinum coniungitur cum verbo singu
laris numeri. cum dicitur heloym. ac si diceret creauit dii on
dit scriptura q in deo est aliqua pluralitas in unitate essentie q
tis modus frequentissime in veteri testamento inuenitur. de deo
et non de alio ex quo satis patet q in unitate diuine essentie e
aliqua pluralitas que in nulla alia natura inuenitur. et hic pluralitas
psonarum in una simplici essentie que improprio mo loquendi de
signatur pnomine singularis numeri. coniunctum nomini plurali ¶ Sed ad hoc re
spondent dicentes q hoc nomen heloym quando ponitur pro deo
improprie dicto in differenter accipitur p singulari et p plurali sz quando
de deo vero dicitur. semper p singulari et sic est in proposito quando
dicitur. In principio creauit heloym .i. deus ¶ Sed contra hanc
solutione arguo ex textu sacre scripture. q hoc nomen heloym
et alia nomina diuina dicitur frequenter de deo vero in plurali q patet
manifeste quia coniungitur cum adiectiuis pluralis numeri Josue ultimo
dicitur. non poteritis seruire domino. d. quia deus sanctus ipse. heb.
ueritas sic habet. non poteritis seruire domino quia heloym sancti
ipse ¶ Item Jere. xxiii. Peruertistis uerba dei uiuentis dominum

Exercituum dei iiii. Et non iii. quia ibi
ponitur nomen domini

exercituum dei bis. Veritas hebraica sic habet. puriflcis verba helo
ym viventium dominum tetragramathon cum dicitur. i. auctoritate premissa
domini exercituum ubi habemus dominum in hebreo ponitur nomen
thetragramaton quod significat divinam naturam secundum suas proprietates in
transeuntes absque respectu ad extra. ut probabit magister infra. et sic patet
quod intrinsecus deitatis est aliqua pluralitas. per pluralitatem in me
precedente cum dicitur in auctoritate. pervertistis verba heloym. haym
i. deorum viventium. et sic coniungitur ista pluralitas nomini dei te
tragramaton cum immediate subditur dominum exercituum etc. et sic
patet per hoc quod in unitate divine essentie est aliqua pluralitas cum
summa simplicitate et non est in aliis quia semper ubi scriptura
ponit aliquid denotans pluralitatem personarum. ibidem ostendit
essentie unitatem ut patet per auctoritates predictas et probabit persequentes
Item ysaias. liiii. scribitur sic. dominabitur tui qui fecit te dominus exercitu
um nomen eius. hebraica veritas sic habet. Dominatores tui fac
tores tui dominus exercituum nomen eius. In hac auctoritate ubi ponitur
dominus exercituum nomen eius ponitur nomen dei tetragramathon
et ideo ex hac auctoritate potest argui sicut ex precedenti. Similiter hoc no
men heloym frequenter coniungitur cum verbo pluralis numeri. v. gra. ii.
regum. vii. ubi dicitur que est gens ut populus tuus israel in terra propter quam
ivit dominus ut redimeret sibi populum etc. hebraica veritas sic
habet quis ut populus tuus gens una in terra propter quam iverunt helo
ym ad redimendum sibi. Item ecclesiastes ii. quis est homo inquit
ut possit sequi regem factorem suum. hebraica veritas sic habet
Quis est homo qui intrat post regem quem iam fecerunt
Patet ergo ex predictis quod predicta ratio est falsa quia nomen he
loym deo de deo vero frequenter accipitur in sacra scriptura in plurali
quod patet ex predictis auctoritatibus que non possunt intelligi ad literam
nisi de deo vero propter quod aliter solvitur alibi in glosa super illud ecclesiastes
quod inductum est quis est homo qui intret post regem
qui iam fecerunt eum glo. hebraica si queratur. qui fecerunt
eum s. hominem potest dici deus filius et dominus consilii sui ¶ Et
similiter videtur in glo. super psalmum xlix. deus deorum dominus locu
tus est etc. In hebreo sunt tria nomina divina s. el. heloym. et
nomen domini thetragramaton loco cuius habemus hoc nomen
dominus. ¶ Querit igitur glo. quare asaph cuius hic est psalmus ter

noiat deum in principio hmg pz. Videt ut ondet q dominus i
tribus ppetatib creauit scdm si consideretur istorum rusiones
due sunt verissime. prima n. que dicit q deus z dominus copli
sui fecerunt hominem. z pp hoc dicit ecce es y. implali quis est
homo qui intret post regem qui iam fecerit eum. hic accipr
pprie filius qui est ubium mentis patne z spus sanctus a
mor exipis procedens. Similr sca rusio que dicit q acaplr
ter nominat deu quia deus in tribus ppetatib creauit mundu
z est uissima quia tres sunt pprietates in diuis s. patnitas
filiato z spirato que sut pprietates constituens personas z
mundus creatus est in tribus pprietatibus istis qui in diui
sa sunt opa trinitatis Patet etia ex hijs q non cont intetione
doctor antiquor hebraicor q aliqua plalitas ponat i diuis
diu tame fuerint unitas diuitat quam unitate catholici ve
rissime confitent. hanc aut rusione ultiam que ut visu est
no est cont uitate posteriores iudei depuant dicentes. q ille
tres pprietates in quibus deus creauit mundu sut diuina
sapia. bonitas z potencia. in quibus fecit omnia. z io inpnu
Genesi dicit. In principio creauit heloym in plali. ad demandu
istas ppetates que sut attributa in deo in quibus opat z eodem
mo exponunt auctes alias. Sed ista rusio no est ronablis
primo quia sicut deus opatur p potenciam sapiam z amorem
ita artifex creatus opat. per artem suam sicut p regulam
directiua z per potenciam transmutandi matiam z p amo
rem suz. sicut pp finem. Si igit pp predicta s. pp potenciam
sapiam z bonitate diuinam nome diuin ponit in plali. qu dic
oparet eadem rone ul maiori dict scriptura sic loqui de artifice cre
ato eius opatone exprimendo q non inuenit z tlis modus
loquendi de deo in sacr scripta semp hetur z confinat. zo quia
sapia amor z potentia plus differunt in artifice creato s. re
z abscondita q non potest ee in deo igit modus loquendi in
plali magis competit in expressione opis creati artificis
quam dei. Item arguit sic Intencio moysi fuit inducere
pplm ad cultu vnius dei z eum ab ydolatria reuocaret ad quam
pplus erat pronus ut pz. ex toto cursu ueteris testamenti ui g
per modu loquendi. pdam in plali posset hri aliqua occasio

cogitando aliquam absolutam pluralitate in diuinis non est verisimile
q moyses qui cognoscebat pronitatem populi ad ydolatriam vsus fu
isset tali modo loquendi et in scriptis reliquisset nisi per hoc subtiliter
sapientibus indicare voluisset q cum vnitate simplicis essen
cie stat pluralitas personarum aliter finis scribendi esset contrarius sue
intentioni ¶ Sciendum etc q in hebreo misteria absondita et sol
sapientibus nota ex modo scribendi inconsueto frequenter designantur
Ista sunt que dixi ex parte mea circa hanc questionem determina
ni ¶ Sed postea venit ad manus meas quidam libellus he
braice scriptus ubi ista co soluuntur aliter et quantum ad hoc dixit
sic auctor istius libelli q illi qui arguunt pluralitatem in diuinis
personarum per hoc nomen heloym q pluralitatem significat in
hebreo innititur super baculum arundineum confractum quia talis
modus loquendi inuenitur alibi de vno solo sicut patet primo
Reg. ubi scriptura loquens de suscitatione samuel dixit illa mulier
phitonissa vidi heloym ascendentes de terra et sequitur ex verbis
saulis qualis est forma eius etc ¶ Item non solum loquitur
scriptura de hoc nomine heloym sed etiam de aliquibus aliis
Exo v. g. ~~Exo~~ xlij dicitur sic In die auctal vitulum de armento
ymmaculatum etc in hebreo non ponitur tamen q significat in
inmaculatum maculatum sed tamimin q est plurale huius nominis tamim et coniungitur
cum vitulo in singulari et tamen per hoc non habetur aliqua plu
ralitas g° etc et sic per ista loca scripture arguit contra predicta
Item aliquando numerus pluralis numeri coniungitur cum nominibus singularis
numeri v. g. Can. primo dicitur sic trahe me post te curremus etc
et sic non valet argumentum quo ponebatur pluralitas personarum
ex hoc q nomina diuina coniunguntur cum verbis pluralis numeri ut
videtur ¶ Sed per istas in nullo infringimus ea que dicta sunt quia
secundum expositores hebraicos samuel non surrexit solus sed
moyses cum eo dicunt enim q samuel non surrexit tunc virtute
magica sed virtute diuina seu permissione q dicitur conuenit cum
opinione illa quam tangit augustinus in epistola ad simplicianum dicit
enim iudei q samuel timuit ad diem iudicii vocari et rogauit
moysem venire secum ut esset sibi testis q integre seruasset legem
ab eo scriptam ¶ Videns ergo phitonissa que non solum samuelem
videns vocauit alium ipsum associantem dixit in plurali // vidi

ascendentes deos de terra .i. homines divinos et indicavit modum
sue visionis saltem licet breviter scribatur .j. R. Saul autem non
quesivit nisi de figura illius qui primo apparuerat et non de
associante ipsum et propter hoc quesivit in singulari qualis est forma
eius quia cum solo Samuele volebat loqui et sic patet quod expositio
doctorum hebraicorum exponencium passum illum non infringit argu-
mentum nostrum predictum sed potius confirmatur quod heloym de duobus
dicitur ¶ Si autem dicatur secundum aliam opinionem quam etiam Augustinus
quod non fuit vere Samuel qui apparuit, tunc dicendum quod duo appa-
ruerunt scilicet demon primitus illi mulieri magice et Samuel clarius
in quadam forma representans Samuelem et propter hoc dixit in plura-
li vidi deos etc. Saul autem quesivit de uno scilicet Samuele quem
vocari fecerat ¶ Ad secundum dicendum quod taurinum quod significat .i. macta-
tos in plurali non convenit cum vitulo in singulari ut arguitur
et male sed cum genitivo plurali numeri variatione casuum sicut et nos
sed tantum variantur secundum numerum singularem et pluralem et est sensus
In die kalendarum vitulum de argento et in mactatorum .i. de numero
illorum .i. mactatorum qui ad hoc signabantur faciet sacrificium etc. Ad
cuius evidenciam notandum quod ex statuto legis in principio
cuiuslibet mensis debebat offerri vitulus bovis .i. mactatus et ideo
ordinaverant sacerdotes ut in uno loco prope templum susti-
nerent tres vitulos xij ad minimus et de illis adhuc residuis
semper accipiebatur unus in principio mensis seu kalendis quod ibi est of-
ferebatur et de ista oblatione loquitur Ezechiel in predicto loco
et ideo ad hoc significandum ponit taurinum in plurali quia unus de plu-
ribus sic dicens debebat offerri et sic patet quod ea que dicta sunt
de nomine heloym per predicta non infringuntur propter hoc antiqui
doctores hebreorum aliter utebantur solucione predictorum argumentorum
ut patuit ex predictis ¶ Ad tertium dicendum quod liber canticorum a doc-
toribus hebreorum exponitur de deo et synagoga sicut a doc-
toribus catholicis de Christo et ecclesia ut dicetur infra Igitur
secundum eos illa predicta auctoritas trahe me post te sunt verba
synagoge que dicitur sponsa dei et non dicit una persona sin-
gularis sed pluralis collective fidelium ideo ad hoc denotandum
subditur curremus in plurali et ideo ponitur hic ad denotandum
pluralitatem personarum et propter hoc non infringit argumentum

de hoc nomine heloym et aliis nominibus divinis et de nomine dei te
tragramaton que coniungit verbis pluralis num ad denotandam
aliqua pluralitate per modum predictum Sed mag. per hoc argu^tu^
predictum confirmat. aliqua autem alia induxit autor predicti
libelli ad suum propositum que obmitto ad presens tum quia predictis
solutis patet tum quia librum illum nitendo et probare p omnia
discurrendo quia ibi multa tangitur contra fidem xpi ¶ Item non
arguitur pluralitas personarum in divinis solum ex hoc nomine heloym
ut ipse sinfp̄ōit d. q catholici nituntur baculo arundineo confracto
clarius sed eadem trinitate exprimunt prophe in multis locis. ut. ps. in ps.
xliiij. qui potest exponi ad litteram nisi de xpo ut ego diffusius de
claravi super epistolam ad hebreos. i. c^o. et ibidem sic dicit de xpo. Se
des tua deus in seculum seculi. virga directionis. virga regni tui di
lexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus
tuus In hac autem exprimitur deus tamquam deus unctus qui
humanitati unctus est plenitudine gratie. exprimitur etiam hic deus
ungens tamquam persona distincta ab ipso uncto quia scriptura
de ipso ungente loquitur tamquam de alia persona ¶ Secundum etiam
qui ex parte dei ungentis duplicatur hoc nomen deus cum dicitur
unxit te deus deus tuus ad denotandam personam patris et spiritus
sancti et sic patet. ex hac autem pluralitas x. personarum et divinitas ipsius
propter quod ad idem propositum probandum induxit eam apostolus ad he
breos in epistola i^o. capitulo ¶ Item ps. C. ix. dicitur sic dixit dominus
domino meo sede a dextris meis et quia ista sunt verba patris
ad filium ut patet per translacionem caldaicam que sic habet dixit dns vbo suo
patet etiam ex illo quod sequitur in eodem ps. C. ix. Ex utero ante lu
ciferum genui te quod non potest competere aliam nisi filio dei
dei Per hoc autem quod dicitur hic verbo dei et ex utero i. dei substan
tia ostenditur unitas essentie quia divinitas pluralitatem non potest
per hoc etiam quod dicitur. distinctio persone quia nulla res gignit
nit se ipsam Similiter per hoc quod dicitur sedere ad dexteram dei una
etiam persona non potest sedere ad dexteram sui ipsius et sic
ex hac autem patet pluralitas personarum in divinis et maxime
quia hic ps. non potest exponi ad litteram nisi de xpo sicut
prius declaravi in epistola ad hebreos i. c^o. propter quod psalliator al
legat eam in hoc sensu. Capitulo xii. et apostolus ad hebreos primo c^o.

Item non solum pluralitas personarum exprimitur in scriptura veteris
testamenti sed etiam determinata pluralitas videlicet trinitas. Ysa. xlviii. non a principio in abscondito locutus sum ex tempore antequam fierent ibi eram et nunc dominus misit et spiritus
eius. Ista sunt verba dei loquentis quod patet ex textu in capitulo precedenti similiter ex hoc quod immediate subditur. hec dicit redemptor tuus sanctus israel. In hac igitur auctoritate propheta premissa loquens de datione legis que data fuit in manifesto quia dedit
et audiente toto populo vocem domini loquentis ut habetur Exo.
xix. et xx. capitulo et hoc est quod dicit non a principio locutus sum
in abscondito a principio id est quando lex fuit primo data et in
medio subdit et nunc dominus deus meus misit et spiritus eius
ubi deus dicit se missum a deo et spiritu eius. Nunc autem est ita
quod inter mittentem et missum semper debet esse distinctio personalis
quamvis trinitatis personarum est indivisus scilicet dei missi dei mittentis
et spiritus eius. Deum autem missum dicimus filium incarnatum
deum mittentem et spiritum eius dicimus patrem et spiritum sanctum
et sic patet trinitas personarum. Ad evadendum autem istud
dictum Ra. Sa. adinvenit unum mendacium super locum istum
dicens quod omnes prophete fuerunt in monte Synay cum moyse et
acceperunt prophetias illas denunciaverunt et publicaverunt
tempore determinato et ideo dicit quod verba premissa sunt verba Ysaie. ab illo
loco ex tempore antequam fierent ibi eram id est tempore dationis legis
digna ibi fui simul cum ... in monte Synay et quod subditur et
nunc me misit dominus etc. refertur ad tempus quo propheta missus
est ad annunciandum populo illa que prius acceperat in monte Synay a domino. Sed istud dictum patet esse falsum multipliciter. primo quia
in medio premittitur verbum dei non a principio in abscondito locutus sum et in medio subditur ex tempore antequam fierent etc. et sic patet
ex modo loquendi quod est verbum eius etc. et sic patet illud non esse
verbum Ysaie. sed ipsius dei sicut et primum quod autem primum sit verbum
dei loquentis de datione legis patet per litteram precedentem
quia ego primus et ego novissimus manus mea fundavit
etiam etc. quod non potest dici de Ysaia. Item glossa hebraica que
reputatur apud eos autentica super illum locum Exo. xx.
Ego dominus deus tuus etc. dicit sic. Si dicas in secreto fuit

pmitti

sermo s. legis et nove iam dictum est ysa. xlviii. non a principio
in abscondito locutus sum etc. et sic patet per illam glosam quod id
intellectum verbum dicitur in persona dei loquentis de datione legis
Item super illud Exo. xix. Venerunt in solitudinem synay etc.
dicit glossa apud hebreos auctentica data est lex in publico ut
omnis qui vult eam recipere recipiat sequitur. et ecce deus [illegible]
et unctus dicit ysa. xlviii. Non a principio in abscondito locu-
tus sum etc. et idem habetur super illud exo. xx. ego sum dominus
deus tuus et sic patet non solum ex textu precedente sed
subsequente. sed etiam ex glosis hebraicis apud iudeos aucte-
nticis quod auctoritas prius allegata ysa. non a principio etc. non
intelligenda de ipso ysa. loquente in propria persona sed magis
loquitur in persona dei qui primo dedit legem in monte
synay et postea missus est in mundum a deo patre et spiritu eius
ad redemptionem humani generis secundum quod exprimit manifeste in auc-
toritate predicta et in fine illius auctoritatis ponitur. hec dicit dominus redemptor
tuus sanctus israel. Item quod dicit ysaiam fuisse in monte sy-
nay est valde absurdum. quia ysa. non erat adhuc natus immo
fuit fere per lxxxvj annos. quia ab ingressu de egipto usque ad
quartum annum regni salomonis in quo fundatum est templum fluxe-
runt anni iiii^c lxxx. ut dicitur iii. Reg. vi. et ex tunc usque ad primum
annum ozie regis iuda sub quo cepit ysaias prophetare fluxerunt
anni duo ut potest haberi de facili computando tempora regum
intermediorum inspiciendo tertium et quartum librum Reg. Si autem
dicatur. quod ysa. postquam accepit prophetiam in monte synay
mortuus est et postea tempore ozie resuscitatus illud videtur omnino
ficticium quia scriptura nullo modo hoc innuit sed magis contrarium
et maxime quia oportet hoc idem dici de omnibus prophetis ut patet ex
predictis. Si autem dicatur quod anima ysa. creata fuit ante corpus
et sic fuit in monte synay in anima et non in corpore. postea illa anima
iuncta est corpori circa tempora ozie per viam [illegible] generato et organi-
zato hoc dictum est contra scripturam Gen. i. formavit deus
hominem de limo terre et inspiravit in faciem spiraculum vite
Ex quo patet manifeste quod organisatio corporis humani prece-
dit ordine creationem et infusionem anime. Item zach. xii.
dicitur. Et dixit dominus extendens celum et fundans terram et

fingens spm hominis in eo exquo pz q anima hominis creatur
corpe ipo iam organizato. In glo. hebraica sup locum istu
dicit sic creator creat animam cu perfectioe sic corpis humani. Ite
arguit cont utramqz inspione simul quia si ysa. fuit in monte
synay tpe legis date. etiam sine in anima tm. sive in anima et cor
et ibi accepit pphiam quam postea denuntiavit et simil alij pphete
sequit q scriptura vetis testamti pro magna pte sit fla que fre
quentissime dicit pphas accepisse spm pphetizandi de novo sic
pz de elizeo iiij Reg. ij. et de ezech. eze. i. et de multis alijs Simil
q revelaciones sunt fte ipis pphis de illis que ignorabant sic
pz de elizeo iiij Reg. iiij. ubi dicit de illa muliere sunamite anima
eius in amaritudine est et dominus celavit a me et de daniele
dan. i. cap. quod dns dedit ei intelligentiam visionum et ijo cap.
qualr ei revelatu est sompnium nabuchodonosor et eius interpretac.
ix. cap. quo introducit gabriel angelus revelans danieli myste
riu ebdomadarum et in pluribus alijs locis eiusdem libri. simile intro
ducit et simile in alijs libris vetis testamti ut pz intuenti. ppr
qd obmitto pp plixitate vitandam. Hec aut omnia et similia
erent simplr fla si pphe accepissent pphias suas in monte sy
nay quia extunc fuissent de omnibus illuminati si fuissent ibi in
anima tm sic fuissent ibi in cor et anima et sic patet q dtm ra.
ba. non solu e cont pphiam totam que dicit animam no preexistere
corpus sed et cont totam scripturam veteris testamti ut pz ex p
dictis et sic expeditu a nobis de pz trinitas psonarum in divinis Ad
idem etiam facit illud q hetur eccl. iiij. funiculus tripx diffi
cile rumpitur. glose hebraice sensus videtur ee misteriu tm dei et
hominis non de facili dissoluitur. Sed hanc glosam moderni iudei
pverterunt retorquentes hac trinitate ad attributa divina
que sunt sapia. potentia et bonitas sed hoc est superius improbat.
Patet ergo primu principale scilicet qualr pluralitas personarum in divinis
possit probari per scripturas a iudeis receptas. Secundum prin
cipale pbandum est scilicet incarnato divine psone. ita q messias
pmissus in lege et pphis sit verus deus et verus homo. ad
pbandu adduco auctem Jere. xxiij. cap. Ecce dies veniunt
dicit dns et suscitabo david germen iustum et per hoc appz ypo
humanitas quia hec auctas sim omes expositores hebreos

Secundum incarnatio principale

intelligitur de christo ad litteram et sequitur in eadem serie textus et de eadem
persona et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster
In hoc exprimitur ipsius christi vera divinitas quia ubi habemus
dominus iustus noster. In hebreo habetur nomen dei tetragrama
ton quod quidem nomen est proprissimum dei et propter hoc de nullo dicitur
nisi de deo vero. Sed ad hoc rudent aliqui dicentes quod nomen
domini tetragramaton non dicitur de deo tantummodo sed etiam de aliis. verbi
gratia. Eze. ultimo de illa civitate que ibi describitur dicitur et nomen
civitatis dominus ibi. Ubi habemus dominus in hebreo habetur nomen
domini tetragramathon et sic illud nomen dicitur de civitate illa
et tamen non est idem quod deus gloriosus etc. ¶ Item Gen. xij capitulo dicitur
vocavit abraham nomen loci illius dominus videt. ubi habemus dominus
In hebreo habetur tetragramaton et sic locus iste vocatur ut videtur illo
nomine ¶ Item Judicum vj. edificavit ergo gedeon altare domino
vocavitque illud domini pax. hebrei habent dominus pax. et ibi est
nomen domini tetragramaton et sic illud altare vocatur nomine domini
tetragramaton ut videtur ¶ Item Exo. xvij edificavit moyses al
tare domino et vocavit nomen eius dominus exultatio mea. ubi habemus
dominus In hebreo habetur nomen domini tetragramaton et sic idem quod primum
Sed predicta ratio nulla est quia nullum preter nominatur
nomine dei proprio quia est nomen domini tetragramaton sed nominatur
quolibet predictorum a quodam effectu dei quia solus deus nominatur
illo nomine et hoc non est inconveniens sicut aliquis homo bene
vocatur a deo datus vel deus dedit vel aliquid huiusmodi. non tamen
vocatur deus absolute quia hoc esset impium. et hoc patet per omnia predicta
discurrendo. quia Eze. ultimo non dicitur nomen civitatis dominus
sed nomen civitatis dominus ibidem id est nominari debet a divina
inhabitatione et hoc patet per translationem caldaicam que sic habet
nomen civitatis exponunt a die qua faciet dominus descendere dei
tatem suam ibidem. ¶ Similiter Gen. xxij capitulo non dicitur vocavit
abraham nomen loci illius dominus absolute sed dominus
videt quia ille locus est denominatus a divina visione quia
vidit ibi humilitatem et afflictionem ysaac liberans eum a morte
et arietem loco eius ponens vel aliter quia abraham vidit ibi
in spiritu templum deo edificandum per salomonem in quo deus
visurus erat preces populi et oblationes et hoc patet per caldaicam

ubi dicitur. Adoravit ibi abraham et ait coram domino hic erunt
colentes generationes. Similiter exo. xvij. capitulo moyses non vocavit
illud altare nomine domini tetragramaton absolute sed vocavit
illud dominus exultatio mea aliquo modo effectu domini quo dominus
liberavit ibi populum de manu amalech ad preces eius scilicet moysi ut
patet ibidem. Similiter iudicum vj. gedeon non vocavit illud altare
nomine domini tetragramaton absolute sed aliquo modo effectu dei et ideo
vocavit illud domini pax vel dominus pax quia dominus pro-
miserat sibi pacem ab inimicis persequentibus eum et de facto complevit
et hoc patet per translacionem caldaicam que talis est. Edificavit
ibi gedeon altare domino et servivit super illud domino qui fecit
ei pacem patet igitur ex predictis quod nomen domini tetragramaton non dicitur
de aliquo nisi de ipso deo vero hoc etiam expresse dicit Rabi moy-
ses in libro directionis perplexorum dicens quod omnia nomina divina
derivata sunt ab operibus divinis preter nomen domini tetragramaton
quod est appropriatum altissimo creatori et secundum ipsum significat divinam es-
senciam cum proprietatibus sue maiestatis cetera autem nomina di-
vina imposita sunt ab operacionibus divinis sicut patet de hoc no-
mine heloym et adonay que inter cetera videntur magis propria quia
cum hoc nomen hel vel heloy imponitur ad significandum deum in quantum
est providencia tamen hic communicatur aliis. Unde Iudices et sapientes et di-
vina sapiencia prediti aliquando heloym nominantur. In sacra scriptura
quod dicitur in psalmo Ego dixi dii estis. In hebreo ponitur heloym et consimilia
habentur in pluribus locis et similiter de hoc nomine adonay quod imponitur
ab universali presidencia et ideo dicitur in scriptura de potentibus
et regibus. Non sic autem de nomine domini tetragramaton quod
significat essenciam nudam et puram absque respectu ad extra ut
dicit doctor predictus et ideo non est communicabile alteri et ideo cum
ipse christus nominetur ut habetur per auctem prealligatam. Iere.
xxiij. patet quod ipse est verus deus propter quod alii alii solvunt auctem
predictam corrumpentes veram literam dicentes quod sic est in hebreo
Iere. xxiij. capitulo et hoc est nomen eius quod vocabit eum dominus
iustus noster. Ita quod nomen domini tetragramaton loco cuius ponitur
in nostra translacione dominus ut dictum est non refertur ad
messiam filium david. sed ad ipsum verum deum qui vocabit ipsum
ad liberacionem populi israel. Sed contra hoc non potest argui nisi

ostendendo q corrupīt liam ut negarent x̄ diuitate hoc aute
optime posset fieri ex antiquis biblijs que no eent corrupte
in passu isto et in alijs in quibus fio mencio de xpi diuitate
hti ꝛ hoc mo illi qui precesserut nos cont̄ eos in isto passu — p̄ssint
ꝛ consimilibus arguebant · licet aute ego non viderim aliqua
bibliam hebraicam que no sit corrupta in isto passu · tame
audiui a fide dignis tone fide affirmantibus in manifesto q sic vi
derunt in antiquis biblijs sicut het translacio nra supius inducta — Jeronimi
Si aut non pnt hri antique biblie non corrupte tamen
dw e ad alias translaciones quas iudei ronabilit̄ non pnt ne
gare ꝛ p hoc potit predicta flsitas dephendi ꝛ pmo dephendit̄ ·
p translacionē lxx · inceptam que sic het sicut translacio Jeroni
mi ut patet p officium ecce q de illa tnslacione e assumptu
In quoquidē officio sic ponit̄ ista auctas In diebus illis sal
uabit̄ iuda · ꝛ isrl̄ hitabit confident̄ · ꝛ hoc e nome q uocabut
eu dominus iustus nr̄ · Ergo pz q nome domini tetragra
maton refertur ad xpm xpm Sed quereret aliquis ꝛ bene Quo
lxx sic transtulerut quia quantu poterant apiebant in sua
translacione diuitate x̄ · ne rex ptolomeus crederet eos adorare
duplice diuitate sm q dicit Jeronimus in prologo sup pentha tu
ꝛ in pluribus alijs locis dd̄ adhc q lxx sufficient apuerunt
diuitate xpi quia transferentes de hebraico in grecum non
potuerūt pone nome domini tetragramaton s3 loco eius posue
tut nome que kyrios q in greco sonat idem q dns apud
nos ꝛ hoc nomen potest dici indifferent̄ de deo sicut de quolibz
magno principe seu magnate ꝛ eodem modo Jeronimus trās
ferendo de hebraico in latinum quia non hnt nome ꝓprium
correspondens nomini domini tetragramaton loco eius posuit hc
nome que dominus q indifferent̄ dicit̄ de deo ꝛ de quolibz homine
magno ꝑꝑ q auctas predicta Je · xxiij no est efficax ad pbandu
diuinitate xpi sm translacionē Jeo! s3 solu ex hebraica ueritate
s · que modum ego processi // Secundo patet flsitas iudeoꝝ i loco
pdco per translacione caldaicam que est autentica apud eos ut
dcm est ꝯ · ibi Ecce dies ueniunt dicit dominus ꝛ suscitabo dauid
iustu messyam iustu ubi hemus ꝯme iustum · Ergo patet q
het auctas intellr̄ de xpo ad litam · Sequit̄ in translacōe caldaica

Et hoc eſt q ipſi appellabit eu dns iuſtus nr. Et Jere. xxxiij. tranſla[tio]
caldaica het ⁊ hoc eſt nome q ipſi dicent ei dominus iuſtus
nr. ⁊ ibidem ponit nome domini tetragramaton. ubi poitu[m]
eſt hoc nome dominus. ex quo pz q in hebraica ueritate no eſt
uocabit ſz uocabunt. ⁊ ſic patet q nome domini tetragramaton
refertur ad meſſiam quo nomine dicit ſe. ipſum appellandum uel
nominandum uel a ſibi ſubditis ⁊ io alij aliter ſoluunt dicentes
q p hoc nome non hetur q meſſias ſit deus quia non dicitur
q dicat ee deus ſz q uocabitur. ſz iſta reſpo non ualet quia ſi uo
cato uel nominato uera eſt ſequitur q iſte ſit deus re ſicut ⁊ noie
ſic aute eſt in ppoſito q ibidem pmittit. de ipſo ſic nominato
Ecce dies ueniunt dicit dominus ⁊ ſuſcitabo dauid germen
iuſtum ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens erit ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiam
iuſticia. hoc aute eet falſum ſi nome diuinitatis pprium ſibi uſurparet
⁊ illo nome ſe uocari pmitteret niſi in ueritate deus eet. Item ſz
iudej expectent meſſiam purum hominem futurum tamen ex
ſpectent eum ſicut pphetam ſanctiſſimum ⁊ ſanctiorem moyſe. hoc
aute eet i poſſibile ſi pmitteret ſe uocari hoc nomine dei tetragramaton
niſi ſic eet ſm ueritatem. ymo incurreret pctm blaſphemie ⁊ ſic
patet q illa obiectio nulla eſt. Item ad pbandum deum ee xpm
⁊ hominem uerum. adducitur auctoritas yſa. ix. ubi dicitur ſic de xpo.
paruulus natus eſt nob ⁊ filius datus eſt nob. ⁊ factus eſt prin
cipatus ſup humerum eius ⁊ uocabitur nome eius admira
bilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis
pª q 8ª Paruulus natus eſt ⁊c. oſtendit ipſius ueram humanitatem. Per
hoc aute q ſubdit. ⁊ uocabitur nome eius admirabilis ⁊c.
apparet eius deitas ſz ad hoc reſpondent dicentes ſz in hebreo
non hetur uocabitur ſz uocabit ⁊ ſic illud in medio ſequitur
q deitatem exprimit non refertur ad paruulum natum ſz ad deum
uerum qui uocabit eum ⁊ nome pprium ponit. in fine auctoritatis
cum dicitur princeps pacis ita q ſm eos non eſt ibi princeps
in recto caſu ſz magis in accuſatiuo principem pacis q de facili pt
dici quia nomina apud eos ſunt indeclinabilia ⁊ io eodem
modo ſcribitur ntus ⁊ accus. eſt igitur ſenſus auctoritatis ſm eos talis
paruulus natus eſt ⁊c. ⁊ uocabit ille qui eſt admirabilis con
ſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi nome eius .i. nome paruuli

nati principem pacis et io dicunt quod ista auctoritas intelligenda
de ezechia rege iuda sub quo dedit deus pacem populo in defectu
exercitu sennacherib regi assiriorum ab angelo diuinitus misso
ut habetur iiij reg. xviij vel si dicatur quod de ipso debeat intelligi per hoc
nomen non probatur eius diuinitas Sed quia sicut corrumpentes iudaice
dicentes textum recurrendum est ad alias translaciones sicut in prima
auctoritate fuit dictum et primo patet hoc satis per translacionem lxx interpretum
que habet vocabitur sic translacio Jeronimi In hoc tamen differt a trans
lacione Jeronimi quia nomina exprimencia diuinitatem xpi opierunt in
sua translacione racione predicta in precedenti auctoritate et io sic trans
tulerunt Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius im
perium super humerum eius et vocabitur nomen eius magni consilii
angelus et io isto modo in officio misse cantatur in natiuitate domini
quia officium ecclesiasticum in hiis que accipiuntur de ueteri testamento
sequitur translacio lxx interpretum saltem ut in pluribus per hanc
translacionem patet quod in hebreo non est vocabit sed vocabitur ut isti
isti dicunt corrumpentes textum et per consequens quia ista nomina admira
bilis consiliarius deus fortis etc. que sunt exprimencia diuinitatem
referuntur ad puerum natum sicut etc. que in istis nominibus
continentur in translacione lxx interpretum et vocabitur nomen eius
magni consilii angelus quod idem significat implicite et occulte
ista nomina diuinitatem xpi exprimencia significant implicate et
manifeste quia maximum secretum et consilium diuinum fuit incarna
cionis diuine misterium ante secula in effectum completur patet etiam per
hanc translacionem quod hec auctoritas non potest intelligi de ezechia
rege iuda quia ista nomina diuinitatis expressiua s. admirabilis
consiliarius deus fortis etc. non potest ei conuenire et per consequens in fine
auctoritatis non habetur in hebreo principem pacis in accusatiuo ut ipsi dicunt
corrumpendo scripturam sed magis princeps pacis in nominatiuo quia sic dictum
est in auctoritate primitiue vocabitur et non vocabit et per consequens
si in fine auctoritatis poneretur principem pacis in accusatiuo tantum esset male
dictum ut patet de se Item quod dicunt istam pacem debere intelligi
de pace quam habuit populus israel sub ezechia in defectu exercitu sennache
rib patet satis per consequentem textum quia immediate subditur in
auctoritate ipsa predicta multiplicabitur eius imperium et pacis eius non
erit finis quia ista pax que fuit satis breuis ut patet in ysaia

textum · iiij · lib' Regum · In predicta aute(m) versione iudeorum
patet fallacia per translatione(m) caldaicam · que sic habet Infans
natus est nobis et filius datus est nob(is) et recipiet super se le-
gem ad servandum ea(m) et vocabi(tur) nome(n) eius de ante admira(bi)lis
consiliarius deus fortis per manens in secula seculorum messias
in cuius diebus pax multiplicabit(ur) · per hoc nome(n) q(uod) dicit(ur)
hic messias · patet q(uod) hec auctas non est intelligendu(m) de eze-
chia s(ed) de xpo · per hoc aut(em) q(uod) dicit(ur) h(ic) et vocabit(ur) nome(n) eius
de ante mirabilis consiliarius deus fortis · patet q(uod) nomina
divinitatis expressima referunt(ur) ad xpm ita q(uod) ipse est vere deus
q(uod) aut(em) in(ter)ponit(ur) hec declaratio de ante que est in hebreo hoc
est ad denotandum q(uod) nome(n) xpi prius vocatu(m) est ab eo-
ternitate · abangelo quam concipere(tur) in utero · s(ecundu)m q(uod) habet(ur) luc(e) ij · c(apitulo)
et math(ei) · i · cap(itulo) · q(uod) aute(m) in hac translatione caldaica dicit(ur) et
recipiet sup(er) se legem ad servandu(m) eam loco cuius in hebreorum
in translatione Jeronimi ha(be)t(ur) et fuit e principatus sup(er) humerum
eius hoc est ad denotandu(m) q(uod) ipse erat legem impleturus et sal-
vaturus s(ecundu)m q(uod) ipse met dicit expresse · m(athei) · v · non veni lege(m)
solvere s(ed) adimplere ¶ Item notandu(m) q(uod) in predicta aucte(ritate)
ysa(ie) · ubi de xpo dicit(ur) · multiplicab(itur) · in hebreo ponit(ur) lemar-
be q(uod) sonat in latio ad multiplicandum · scribit(ur) hec dictio
hebraica sic · q(uod) l(itte)ra men clausa ponit(ur) in medio dictionis q(uod)
e(st) contra naturam hui(us) l(itte)re et modum scribendi hebraicu(m)
q(uod) nunquam ponit(ur) nisi in fine dictionis · et q(uod) tangit Jeroni(mu)s
in prologo galleato · ubi dicit q(uod) apud hebreos sunt quinq(ue)
l(itte)re duplices quia per eas alit(er) scribunt fines dictionum et alit(er)
ipsa principia quia una earum una est men aperta que sup(er) ponit(ur)
in me(di)o dictionis et in principio hic aute(m) no(n) dicta est ponitur
me(n) clausa in medio dictionis contra naturam l(itte)re et mod(um)
scribendi ad denotand(um) q(uod) xpus de quo p(ro)pheta loquit(ur) erat
nascitur(us) de virgine clausa et contra modum nature et q(uod) miste-
rium incarnationis erat clausum et secretu(m) sicut n(ost)ri poete
per figuras gramaticales sive insinuant aliq(ua) subtilit(er) intelli-
gentibus sic p(ro)phe(te) per tale modu(m) scribendi insolitu(m) miste-
ria occulta aliquando designabant et hoc modo · moyses sig-
nificat pluralitatem personaru(m) in unitate divine essentie cum geneo

hoc nome heloym cum vbo singulai nu̅m̅ ut sup̄ dcm̄ est ¶
Item pbat̄ tcio incarnato dn̄e persone per auctēm micchee
v. 2 tu bethleem effrata pruulus es in milibus iuda ex te m
egredietur qui sit dominator isrl 2 egressus eius sicut ab inicio
a diebus eternitatis q̄ aute hec auctas intelligenda sit de xpisto
ad litam patet p translacone caldaicam que sic hēt. ex te m
egredietur messias ubi translato Jero. sic hēt ex te michi egre
dietur qui sit dominator per hunc aute exitum de bethleem ma
nifeste ostenditur xpi humanitas qui sm carnem natus ē de se
mine dauid qui fuit de Bethleem. ut hētur j° Reg. xvj. 2 ibi
dem natus fuit xpus pp q̄ scribe iudeor 2 prīci interrogati ab
herode de loco natiuitatis xpi videntur q̄ nasceretur in bethlee
2 confirmauerunt dcm̄ suum. per hanc autem micchee hic pre
allegatam ut patet Jh°. iiij capto per exitum eius a diebus
eternitatis exprimitur natiuitas eius eterna qua semp nascitur
a patre 2 semp natus est Sed ad h°. videntur aliqui q̄ per hoc in
telligitur. xpi eternitas sm diuitate Sed puisio 2 predestinacio
natiuitatis que est in humana natura tm̄ hoc non valet.
quia eternitas talis puisionis omnibus est cōis quia omnia
quantumcūqz minima sunt a deo puisa eternalr 2 preordinata
2 io si hoc mo intelligeretur predicta auctas per ipm̄ no exp
meretur aliqua substancialitas in xpo respectu alior quan
tumcūqz minorum ppha aute intendit per ipam exprimere pre
eminentia 2 excellenciam xpi ut patet intuenti pp q̄ dicut
alij iudei q̄ septem res fuerunt create ante mundum. s. lex. pnia
gehenna. domus sanctuarij. thronus glie 2 nomen. messie. ortus voluptat
2 io sic exponunt illud Genes. ij°. plantauerat aut deus or
tum voluptatis a pricipio. i. ante mundum p duo milia anor
et hoc modo exponunt illud micchee v. capto. 2 egressus eius
ab inicio 2c quia nome messie fuit creatu ante mundu modo
predco ¶ Sed hoc dcm̄ est ita irronable q̄ non indiget re
probatōe ¶ lex aute perse non potuit creari s3 in aliquo intellu
hec aute non potuit ee in intellu diuino in quo non potest aliquid
quid creari. ut etiam in alio intellu. ante mundum quia
angelus vl homo non ponuntur int̄ creata sm ipos sm
ipos ante mundum ¶ Similr pnia que non est nisi depcito

scito quod aliquis fecisset ante mundum et per consequens ante peccatum
hoc autem dicere est absurdum et etiam possent argui de istis et de conse-
quentibus aliis sed dimitto quia ista dicta apparent frivola
et absurda ¶ Item incarnacio dei probatur per auctoritatem canticorum
iii. ubi dicitur egredimini filie syon et videte regem salomonem
in dyademate quo coronavit eum mater sua secundum omnes doctores
hebreorum ubicumque in libro canticorum ponitur nomen salomonis
sub illo nomine intelligendus est ipse deus qui est magnus salo-
mon i. pacificus facit pacem et concordiam incarnatus per conver-
sionem peccatorum universi secundum quod dicitur Job xxv qui facit concordi-
am in sublimibus suis ¶ Iudei dicunt quod in libro illo agitur de deo
et synagoga sub nomine salomonis et sponse sue seu amice sicut doc-
tores catholici dicunt quod in eodem libro sub nominibus predictis
agitur de unione christi et ecclesie ¶ Hoc supposito arguo ad propo-
situm quia predicta auctoritas intelligitur de nomine salomonis et ergo sub
nomine salomonis intelligendus est ipse deus etiam secundum sensum litte-
ralem secundum ipsos ergo oportet eos concedere quod deus habeat matrem
si· deut· vj· capitulo· quod autem ultimus nititur ostendere temptacione dei non
esse peccatum in maximo dicit contra dominum arguente maliciam ipsi israel·
Num xiiij capitulo temptauerunt me per x· vices ¶ Item ps xc iiij no
lite obdurare corda uestra sicut in exacerbacione secundum diem temptaci
onis in deserto ubi temptauerunt me patres uestri propter illud quod inducit
de viris sanctis deum temptantibus ut dicit Sciendum quod temptare
est experimentum de aliquo recipere nullus autem querit experiri illud
quo non est dubius ¶ Item experiri potest aliquis facto vel in verbo
cum quis querit aliquid a vicino suo ut experiatur si amaret eum
in ueritate sua facto cum facit aliquid quod non uidetur ordinabile ad ali
quid nisi ad talem experienciam et talis experiencia dicitur temptacio sicut
cum aliquis facit currere equum sine necessitate aliqua aut utilitate
dicitur temptacio equi et talis cursus non uidetur ordinabilis nisi ad
accipiendum experimentum de uelocitate equi si autem faciat
eum currere propter necessitatem aliquam ut ad fugiendum hostes uel
propter utilitatem aliquam ut ad accipiendum ceruum non est temptacio
equi dubitare autem de hiis que pertinent ad perfectionem diuinam

ut est potencia bonitas et huiusmodi semper est malum et ideo qui dicit ut
fiat aliquid sine necessitate vel utilitate periculo experiencia expectans
servari adeo temptant deum cum servari possit alio modo. Et ideo quando
suggerebat dyabolus ihesu nazareno dicens mitte te deorsum et licet ihesus
per virtute divinam posset hoc facere sine periculo tamen hoc non fecit
celare volens suam divinitatem et excludere temptacionem demonis
per sacram scripturam rndit ubi per illud quod hominibus prohibetur
poterat nisi tamquam homo per gradus descendere de pinnaculo ¶ Quod
igitur arguit de helia non valet non enim petiit signum per ignem
descendentem sine utilitate sed ad hoc quod populus israel aculturam baal ad co-
lendum deum reduceretur ut patet ibidem item hoc fecit ibidem de pre-
cepto domini dicentis sic vade et ostende te achab ut premittitur ibidem
cui revelatus fuit sibi modus procedendi contra prophetas baal. baal licet
hoc non sit totaliter expressum quia non omnia scribuntur eodem modo dicendum
est de helyseo curavit enim naaman ex divina revelacione et ad manifes-
tacionem virtutis divine unde et naaman relicta ydolatria conversus fuit ad
taliter adolendum unum verum deum. Unde dixit iiii ℞. v. cap. non
faciet servus tuus ultra holocaustum aut victimam diis alienis nisi
domino ¶ De gedeone vero dicunt aliqui doctores quod ex debilitate
fidei petiit bis signum in vellere propter quod non excusatur totaliter a peccato sicut
dicit quedam glo. super locum istum sed hoc non videtur racionabiliter
dictum quia scriptura non vocat eum culpabilem ex hoc sicut non fuit pu-
nitus adeo sicut zacharias pater Johannis qui propter dubium petiit signum
dicens unde hoc sciam propter hoc sicut fuit mutus usque ad filii sui circumcisionem
ut habetur luc. i. cap. de glo. vero interlineali allegata parum est curan-
dum salvo meliori iudicio potest aliter dici uno modo quod gedeon fecit hoc
ex instinctu divino et sic peccavit instinctus enim divinus non impellit ad
peccatum. alio modo dicendo quod gedeon non dubitavit ex potencia dei quin
per ipsum posset salvare populum nec de verbo domini dicentis vade in hac
fortitudine liberabis israel qui esset verum sed ignoravit utrum
hec promissio esset absoluta que semper impletur vel condicionalis sic
nisi gedeon et eius socii ponerent aliquod impedimentum per aliquod peccatum
frequenter enim sacra scriptura intelligit promissiones divine esse sub
tali condicione quamvis non exprimatur. Je. xviii cap. Subito loquar
de gente et de regno ut edificem et plantem illud si fecerit malum
in oculis meis ut non audiat vocem meam penitenciam agam super

bono qd locutus sum ut faciem Timuit igitur gedeon ne per fragilitate
suam vel sociorum suorum perueniret impedimentum dicte promissionis
petijt ergo humiliter a deo doceri per signum qd non proueniret tale impe
dimentum ut sic constancius et expedicius iret ad prelium propterea petijt
duplex signum unum pro se aliud pro suis socijs ¶ Aduertite maxime dicendum
qd iudei tenebantur soluere decimas precepto domini sicut patet ex
multis locis ueteris testamenti et per omnes hoc erant iure expresse recipi
entium erant enim ad sustentacionem ministrorum dei adhuc igitur inducebat
dominus populum per prophetam dicens Inferte omnem decimam etc. qd autem
subditur probate me super hoc etc. li probate non tenetur hic causaliter
sic intelligendo qd soluerent decimas ad probandum seu temptandum
si per hoc apperiret deus eis celi catharactas sed tenetur consecutiue et
est sensus Si impleueritis preceptum meum de decimis sicut tenemini
et consequenter multiplicabo bona uestra sicut dicitur ysaie primo capitulo Si uo
lueritis et audieritis me bona terre comedetis etc. Sequitur ¶

Quarta accipit iudeus qd habetur mathei v. capitulo Audistis quia dictum
est antiquis non periurabis ego autem dico uobis non iurare omnino
etc. sequitur Sit sermo uester est est non non qd autem habundancius est
a malo est antiquis oculum pro oculo dentem pro dente ego autem dico
uobis non resistere malo sed siquis te percusserit in maxillam dexteram
prebe ei et alteram et eo qui uult in iudicio contendere tecum et tunicam
tuam tollere dimitte ei et pallium etc. Audistis quia dictum est diliges proxi
mum tuum et odio habebis inimicum tuum ego autem dico uobis diligite
inimicos uestros benefacite hijs qui oderunt uos etc. // Christus arguit
primo contra illud qd dicit Dico uobis non iurare omnino quia scribitur
deuteronomio v. capitulo Dominum deum tuum timebis et illi soli seruies ipsi ad
herebis et in nomine illius iurabis et sic patet qd ihesus destruxit legem
a deo datam et eciam in moralibus qd negari non debet ¶ Item contra
illud qd subditur dico uobis non resistere malo destruit in hoc legem
talionis iustice et a deo datam Exodi xxj capitulo oculum pro oculo
etc. ¶ Item christiani non seruant legem ihesu nazareni nam per fraudes
et lites unus rapit bona alterius et non solum hoc est uerum de secularibus
sed eciam de religiosis pluribus ¶ Item contra illud qd subditur Dico autem
uobis diligite inimicos uestros benefacite hijs qui oderunt uos nam
dominus inhibuit filijs israel ne amicicias uel federa contraherent
cum habitatoribus terre canaan qui erant inimici eorum nec quererent

eis boni · ut habetur exodi · xxxiiij · et sic ihesus nazarenus destruxit di-
uinum preceptum ¶ Ad primum dicendum quod quamvis negatio preposita signo uni-
uersali facit equipollere suo contradictorio quia non omnis quidam non
equipollent et io per hoc quod dicitur · non iurare omnino · non excluditur
omne iuramentum · quia quilibet tenetur superiori requirenti ueritatem
per iuramentum dicere veritatem alias periret ueritas et iusticia in multis
casibus Sed excludit iuramentum illicitum quod est triplex · scilicet falsum quod caret
ueritate et iuramentum iniquum quod caret iusticia sicut cum aliquis iurat
Innocenti nocere iuramentum incautum quod iudicio discretionis caret
quod sit cum quis iurat sine necessitate aut pia utilitate et propter hoc Jere · iiij capitulo
iurabis viuit dominus in veritate et iusticia et iudicio ad excluden-
dum tria predicta iuramenta illicita Cauendum autem quod exultat dicit ex
capitulo supra allegato in nomine illius scilicet dei iurabit aliqui dixerunt
quod iuramentum esset frequentandum tamquam religionis actus in
in quo uobo ubi non apparet necessitas aut pia utilitas de quibus ui-
detur iudeus fuisse hic arguens Sed quia hoc sit falsum patet per
preceptum domini Exo · xx · Ubi dicitur non assumes nomen dei tui in
vanum nec enim habebit insontem dominus eum qui assumpserit nomen
dei sui frustra quod facit ille qui iurat sine necessitate aut pia uti-
litate hoc etiam patet per librum Jere · preallegatum ¶ Item eccl.
xxiij capitulo dicitur · Uir multum iurans replebitur iniquitate
nam ex frequentia iurandi ex iuramento in tanto labitur in iuramentum
falsum et iniquum · quod autem subditur · Erit sermo vester est est non non et similiter
affirmando ueritatem et negando falsitatem intelligendum est nisi ueri-
tas plus exigat et hoc intelligatur de communi modo loquendi inter
homines patet per hoc quod dicitur · Sermo vester quod autem amplius
est a malo est non dicit hoc esse malum sed a malo nam omne iu-
ramentum est a malo culpe uel pene iuramentum enim falsum iniquum
et in tantum est a malo culpe ex parte iurantis Juramentum autem
licitum est a malo pene ex parte requirentis iuramentum ex humana
namque fragilitate que pena quedam est inflicta humano generi
propter peccatum primorum parentum prouenit quod homines sibi inuicem non credunt
simplici uerbo absque iuramento ¶ Per autem ultra arguit ihesum destruxisse
ipse legem iustitie ac rectitudinis non est uerum Certum quod sciendum
quod non resistere malo alii bonum est et necessarium et sic cadit sub precepto
utpote cum exiit resistencia absque maiore origo magni mali.

vel regni
ut dissidiu ciuitatis vel aliud huiusmoi aliqn no est bonu super
erogatonis · ut quod malu illatu tollat paciene propt deum vel
pp pace suandam et scdm humiliaconem et sic no resistere malo cadit sub
consilio et non sub precepto et in istis duobus modis loquitur saluator
et sic non excludit legem iustie sed addit sup hoc pfectione legis
ewangelice adeo non tenentur homines scd pnt licite de illa iniuria vin
dictam quere scdm ordine iustie quando non appz ex hoc maius malu
ut predictum est ¶ Sciendu aut quod ex hoc legis vbo oculum pro oculo dente
pro dente etc. aliqui iudei de quibus videtur iste fuisse interpretantes
dixerunt quod vindicta perse eet appetenda quod est falsum quia vindicta e ma
lu pene et ideo no est pp se appetibilis scd pp aliquod bonu consequendu
ut pp ordinem iustie suandu vel pp correctione iniuriantis vel pp
timorem alior ut ab iniurijs cohibeantur vel ad huiusmoi vbi ergo
nullum tale bonum ex pena alicuius estimat puenire scd magis timetur de
scandalo et maiori malo · tunc desistere a vindicta quenda vtilitatis
est et precepti ut predictum est ¶ aut cca eundem casum a vindicta quie
scencia quis desistat bonu sup erogacionis est et hoc patet per exempla
scorum patrum non solu noui testamenti sed et veteris · ¶ Sanctus enim Io
seph potuit vindicare illata sibi afratribus iniuriam non solu
a vindicta destitit scd eos cu suis familiis misericordie sustentauit. Sic
dauid semey sibi maledicente et lapides contra eum mittente et ex
hoc reum lese maiestatis occidi abysar phibuit ij · ¶ Re · xvij capo
d · dimitte eu ut maledicat si forte videat dominus afflictione
meam ¶ Idem et patet per scripturam veteris testamenti · leuitici xix capo
¶ Non queras vltione nec memor eris iniurie ciuiu tuor · Vbi vero
ex vindicta scdm ordine iustie non appz ortus scandali vel mali
ex desistencia ab ea daretur mal audacia iniuriando bonis
tunc talis desistentia malu esset et peccatum et intelli cau non e intelli d
saluatoris verbu quod ansequitur qui te percusserit in vnam maxilla
et non est intelligendu quantu ad effectum ut percussus maxilla alia
offerat percussori quia ihesus qui cepit facere et docere percussus in vna
maxilla ut legitur · ¶ Io · xviij capo non exhibuit aliam maxilla
percussori scd eu caritatiue corripuit d · si male locutus sum testio
niu perhibe de malo · si aut bn cur me cedis est igitur verbu predictum
scdm animi preparatone intelligendu scilicet ut sic percussus sit dispositus
in animo sustinere adhuc maiores percussiones vel iniurias in talibus

predictus s. quod est ibi homi naturu vel super erogacionis ¶ Ad i.
aut quod obicit de xanis legem xpi non obseruantibus · dicendum quod excorum
malicia non peyorat lex ewangelica sicut nec lex in monte synay data
per hoc quod iudei satis cito post eius dacione fecerunt et adorauerunt
vitulum conflatile Exo. xxxij. ¶ Ad illud aut quod arguit ultra de odio
inimici dicendum quod doctores hebrei circa hoc errabant ex hoc enim
quod preceptum est leui xix. Dilige proximum tuum sicut teipsum arguebant
a contrario sensu quod debebant odire inimicum sed hoc falsum quia omnis
homo ex caritate diligendus est inquantum ad ymaginem dei est et ca-
pax ipsius per cognicione et amore amicicia enim caritatis fundatur
super comunicacione super naturalis beatitudinis et ideo omnis intellectualis creatura
que in actu vel in potencia est beata est ex caritate diligenda Mali aute
homines quamdiu sunt in via sunt in potencia veniendi ad beatitudinem
et ideo licet malicia eorum sit odienda ipsa tamen natura possibilis beatitudinis
est diligenda et hoc est quod dicit saluator diligite inimicos vestros bona
scilicet gratie et glorie eis optando Alia aut non sunt eis optanda nisi in
quadam qualitate inquantum valent ad eorum salute quod soli deo est
notum quoniam omnibus alijs potest homo bene vel male uti et ideo
circa hoc non est determinate aliquid petendum sed sub condicione s. quatenus
valent ad eorum salute · Sequitur beneficencie · beneficencia est effectus di-
leccionis et ideo sicut tenemur diligere inimicos quantum ad ipsa bona
gratie et glorie · ita tenemur in affectu eorum salute modo debito et possibili
procurare ¶ Quod aut benefacere odientibus et inimicis sit lau-
dabile patet non solum per sanctos patres noui testamenti · sed etiam
veteris ysaac enim regi gerere et viris eius qui eum oderant et expu-
lerunt fecit magnum conuiuium · Genesis ca. xxvj. yoseph fratres suos
qui eum occidere voluerant et tandem in seruitutem qui est mors
ciuilis vendiderunt dulciter recipit et pauit Dauid saulem ipsum
persequentem ad mortem bis a morte liberauit · j° regum xxiiij et xxvj.
Helizeus syros eum querentes ad mortem a rege israel interfici pro-
hibuit et eos cibo et potu iussit refici et sic ad suum dominum libere
remitti · iiij. regum · vj. capitulo · hoc et patet per scripturam veteris testamenti
Exo. xxiij capitulo Si occurreris bovi inimici tui aut asino erranti
reduc ad eum Item ibidem Si videris asinum odientis te iacere
sub honere non pertransibis sed leuabis cum eo. Item prouerbiorum xxv capitulo
Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit da ei aquam bibere Item

ps. cxix. Cum hijs qui oderunt pacem eram pacificus etc. ¶ Quod
autem contra predicta arguit de habitatoribus terre canaan de gentibus
inhibuit filijs israel ne contraherent cum eis amicicias sed eos occi
derent ¶ Dicendum quod illi erant homicide ydolatre pessimi propter quod
mortem meruerunt secundum iudicium dei et ideo filij israel occidentes eos non
fecerunt ex odio sed ex mandato dei et iusticie zelo Cum ipsis enim
non erant amicicie contrahende ne per hoc filij israel contraherent ad imi
tacionem ydolatrie etc. sequitur capitulum. ¶

Item accipit iudeus illud quod habetur Math. viij. Cum autem descendisset
ihesus de monte secute sunt eum turbe multe et ecce leprosus ve
niens adorabat eum dicens. domine si vis potes me mundare etc. Et
Et ait ihesus vade et ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit
moyses Ex hoc arguit sic quod voluit sacrificium quod fiebat in emun
datione leprosi alibi non, scilicet math. xij capitulo dicit misericordiam volo et non
sacrificium et sic contradicit sibi et est instabilis in voluntate Item idem
arguit per hoc quod dicit mundato leproso. vade et nemini dixeris etc. et
alibi scilicet luce viij capitulo dixit curato a demone vade ad tuos et nar
ra quanta fecit tibi deus Item alibi scilicet math. x. dixit Qui me con
fessus fuerit coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo
et sic patet quod voluit facta sua celari et publicari que sunt contradic
toria ¶ Ad primum dicendum quod non valet nam eadem racione per scripturam
veteris testamenti quam iudeus concedit esse verum probaretur deum esse mu
tabilem quia gen. viij capitulo dicitur de noe sacrificio odoratus quod est dominus
odorem suavitatis et sic fuit sibi placitum Item in exo. et in levit.
et in alijs libris veteris testamenti precepit deus sibi offerri sacrificia
tamquam sibi placita et ysa. j capitulo dicitur holocausta arietum et adipe
pinguium et sanguinem hircorum et vitulorum nolui et ps. xxxix
Sacrificium et oblacionem noluisti etc. hec non enim arguunt dei mu
tabilitatem cum ipse immutabilis mutabilia operatur sicut in corporeis
in corporea ¶ Quod autem ihesus dixit allegando dictum osee prophete vj
misericordiam volo et non sacrificium non dixit hoc sacrificia legis ve
teris reprobando habebant enim tunc cursum suum et habuerunt
usque ad mortem christi. Sed hoc dixit opera misericordie preponendo nam habent sacrificia
duplicem bonitatem unam ex genere quia sunt opera virtutis
moralis aliam ex caritate quia quando fiunt ex caritate habent bo
nitatem meriti vite eterne sacrificia vero veteris legis non habebant

bonitate nisi ex fide et devocione offerencium · ut dicit gen · iiij cap. re
spexit dominus ad abel et ad munera eius · q · d · munera fuerunt accepta
b · propter bonitatem offerentis quod autem istomodo intellexerit prophetia sed vel po
cius dominus loquens per prophetam patet per textum ibidem ibidem quin
tus est · miam volo et non sacrificium et sciencia dei plusquam holocausta
per hoc quod dicit plusquam holocausta que sunt quedam sacrificia
patet quod non loquebatur holocausta reprobando sed eis sciam dei pre
ferendo et condempno de opibus tunc respectu sacrificiorum · et hoc idem patet
ys · i · capo. Postquam dominus dixerat holocausta arietum et adi
pem pinguium et sanguinem hircorum et vitulorum nolui querite
iudicium subvenite oppresso iudicate pupillo · defendite viduam
et venite et arguite me dicit dominus si fuerint peccata vestra ut coccinum
sicut nix dealbabuntur · ex quo patet manifeste quod opera iusticie et misericordie magis
erant deletiva culpe et meritoria glorie unde tamen [illegible] tempore quam sacrificia
legis ¶ Quod autem arguit ulterius quod ihesus noluit aliqua facta sua celari ·
aliqua vero publicari · fuit valde racionabile · nam omnis eius accio fuit
nostra instruccio Expedit autem imperfectis opera sua bona celare ne per
vanam gloriam extollantur · et expedit aliis et maxime perfectis opera
sua bona in publico ponere ad dei gloriam et proximi edificacionem
quantum ad primum dicit xpistus mt. b · te autem faciente elemosinam nesci
at sinistra tua quid faciat dextera tua · et quantum ad secundum b. luceat lux
vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem
vestrum qui est in celis Sic eciam patres veteris testamenti aliqua opera
bona fecerunt occulte et aliqua bona publice · helias enim filium
vidue sareptane suscitavit secrete in suo cubiculo ad consolacionem
matris vidue iij · re · xvij · capitulo · ignem de celo fecit descendere super
holocaustum suum ad declaracionem deitatis vere publice scilicet coram
rege achab et populo israel iij re · xviij capitulo Similiter helyseus multipli
cacionem olee ad vidue sustentacionem et filiorum eius et ad satisfaccio
nem creditori fecit secrete scilicet clauso hostio · iiij re · iiij capitulo et mili
tes volentes eum capere arripiat percussos duxit in medium sama
rie coram rege israel et populo civitatis ut habetur iiij · re · vj · cao. patet igitur
ex predictis quod ihesus racionabiliter aliqua facta sua bona publicavit et
aliqua occultavit etc. sequitur ¶
Item accipit iudeus illud quod dicit ihesus mt. x cao. Confitebor tibi
pater domine celi et terre etc. Xpistiani dicunt quod filius et pater unum sunt quo

ꝗ quidē h̄z filius magis deus

quo ergo dicat̄ confiteri coram pre suo debent magis dici coram se
ipo Item si oia tradita st̄ s' a pre nichil hēt a seipo r͡c. ergo omo est
deficiens ¶ Ad pm̄ dicendu s' declaratu est per scripturas hebreorū · ꝙ ihs
est deus ⁊ homo deus ab eterno homo ex tpe Item declatū e s'. ꝙ ihs
nazarenus e vere xpus ⁊ quia sunt distincte nē · io sm̄ ꝙ deus dicit
Jo · x · capo Ego ⁊ pr vnum sumꝰ · s' in eentia · distincti tamē in psois
sm̄ aut ꝙ homo dicit · io · xiiij · pr maior me est r͡c. orat coram
pre ⁊ confitet ¶ Qd aut subdit' · si aut hēt omnia a pre · ergo est oio
deficiens ¶ dicendū ꝙ hec ppoitio est vera · xpistū in quantū ho
est creatura · omnis aut creatura s' relicta in nichilū cadet · sicut e
de nichilo · io potest ista concedi · cū reduplicatione · xpus inquātū
homo nichil est ex se sed omo deficiens Si aut erdias aliquis ar
guit ꝙ idem sequit̄ de xpo inquantū deus hēt nascendo ⁊ per ons
apatre hēt illud compatr̄e ⁊ sic ex se nichil est s' est omo deficiens // dicendū
ꝙ non sequit̄ quia filius accipit a pre idem ee cū eo · nam diuinū
ee non est multiplī · ⁊ io sic · pr est nate ee sic et filius r͡c. no pt
dici ee deficiens · nam eandē deitatē · potenciā · sapiam · r͡c. de aliis
absolutis hēt cum pre ¶ Qd aute indiuis sit pat' ⁊ filius non so
lum patet ex nouo testamto s' etiam ex veti · ys ix · filius datus
est nob ⁊ vocabit' nomē eius admirabilis consiliarius deus fortis
r͡c · ex quo patet ꝙ indiuis est filius ⁊ per ons pater quia rela
tiue dicr ad inuicem que posita se ponūt ⁊ per empta se pimunt
no em potest dici ꝙ deus filius sit filius alicuis creati ul finiti
non tamē duo increati nec duo immensi sicut nec duo dij sed
vnus i mensus nullam em distinctionem hūt in deitate s' solum
in personali pprietate r͡c Sequitur · caplm · vij ·

Septimo accipit iudeus illud ꝙ scribit' mt. xij · caplo In illo
tpe · abijt ihus sabato per sata discipli aute eius esurientes
ceperūt vellere spicas ⁊ manducare pharisei aut uidentes dix
erunt ei Ecce discipli tui faciut ꝙ non licet fate sabatis · At ille
dixit eis non legistis quid fecit dauid quando esurijt ⁊ qui cum
erant ⁊ quo intrauit in domū dei ⁊ panes ppiciationis comedit
ꝙ non licebat ei edere neque eis qui cum eo erant nisi solis sacer
dotibus ⁊ non legistis in lege quia sabatis in templo sacerdotes
violabant sabtm ⁊ sine crimē sunt dico vob quia templo maior
est hic r͡c · Erdias sic arguit primo Si ihus est deus ut dicunt

xpiani quomodo relaxaverunt observantiam sabbati · cum ipse prius eam pre
cepit · exo · xx · ca° · memento ut diem sabbati sanctifices · igitur aut ipse
non est deus · cum contrarium affirmat xpiani · vel deus est mutabilis relax
ando quod preceperat maxime tamquam legittimum sempiternum cuiusmodi
est observatio sabbati Item ex .m. quod deducit de david non est conve
niens · primo quia discipuli ihesu non erant in tanta necessitate famis
sicut david tunc transgrediens · et transgressione reatum Item si ex
cusavit hac david transgressione eadem ratione debuit excusare
adulterium eius cum bethsabee et homicidium urie Item ex .m. quod addu
cit de sacerdotibus non est ad propositum sacerdotes enim operabantur sabbato
in templo accendendo ignem vel potius nutriendo · hoc autem non erat
prohibitum nisi de sacerdotibus habitationibus hominum sicut dicitur exo · xx
xv · ca° · sabbato ignem non accendetis in cunctis habitaculis vestris tem
plum autem non includitur generalitate habitaculorum ¶ Ad solutionem istorum
primittendum est unum · scilicet quod tempore veteris testamenti dominus dispen
savit in observantia sabbati · hoc autem patet Josue · vi ubi dicitur quod
de mandato domini Josue et viri bellatores circuierunt urbem iericho vii
diebus continuis armati · et constat quod dies sabbati fuit una de illis
et in libro apud eos autentico qui dicitur seder olam · id est ordo seculi
dicitur quod dies sabbati quod die sabbati fuit prelium iericho et satis innuit
in textu Josue · vi · ubi dies ille dicitur sabbato et illo die circuierunt
iericho vii vicibus in ultimo circuitu corruentibus muris intra
verunt et interfecerunt omnes habitatores urbis · Item · iii regum · xix dicitur quod heli
as ambulavit in fortitudine cibi xl · diebus et xl noctibus continue
et sic pluries ambulavit in sabbato ex voluntate dei ¶ Ad primum dicendum
quod nichil est ad propositum · nam ille qui dat preceptum potest in illo dispensare
in casu et tollere renovare et ideo ihesus in quantum deus poterat hoc facere
propter quod subditur de seipso dominus est filius hominis et sabbati Item autem
in persona est filius hominis et filius dei quod arguitur ultimo quod deus
sit mutabilis non valet nam immutabilis existens mutabilia operatur
sicut incorporeus existens corporalia fecit et quod ultimo dicitur quod sanctificatio
sabbati fuit precepta ad semper non est verum · nam ubi dicitur perpetuum scribitur
exo · xxxi · capitulo pactum est sempiternum in hebreo habetur pactum
est beolam · id est in seculum quod non significat eternitatem sed tempus
longum quandoque acceptum et hoc modo dicitur Jere · ii cap° · a seculo confregisti
iugum meum · id est ab antiquo tempore · et in hebreo habetur beolam confregisti

zc̄ asetlo alii accipit̄ pro tempore decīato q̄ tamē pt ee satis breue· sic
deut̄· xv· capº dicit̄ perforabis autem eius in ianua domus tue
z erit t̄ s̄uus mens īn· z in heb· hēt perforabis zc̄ z erit t̄ s̄uus beolla
·i· in s̄eclm̄ z hᶜ tp̄us poterat ee breue ul' longū· vn̄ dicit̄· hic glosa
hebraica· beolla ·i· in cunctis diebus s̄cli domini usq̄z ad iubileum
Si em̄ infra anni a pforacōne auris sui moreret̄ dominus fiebat
lib' a s̄uitute z si viueret ult̄ annū iubileū s̄uus tn̄ fiebat lib' in
anno Jubileo pz igit̄ ex p̄dc̄is q̄ obs̄uacō sabbti nō erat p̄cepta
ad semp̄ z ex hoc patet q̄ illi qui dic̄one hebraica ollam tr̄stulēr̄ int
eternu ul' sempitnu dederut simplicibus occōne errandi obs̄uacōz
sabbti z circūcisionis ¶ Qd aut arguit̄ ult̄ᵃ de discipulis ihu spicas
vellentibus q̄ peccauit non est vm̄· nō em̄ peccauit rōne fc̄i· quia
scribit̄ deut̄· xxiij capº ¶ Ingressus vineam p̄ximi tui comedas v
uas q̄ntu t̄ placuit z idem intelligend' e de granis bladi· z aliis
fructibus nec peccauit rōe tp̄is· s̄· diei sabbti nam eorum esuries
eos excusabat ¶ Poss̄ z probabilr dici q̄ simp'r hᶜ poterant facē non
peccabat rōe comestiōis q̄z comedē in die sabti licitu erat oībus
iudeis nᶜ rōe excussiōis granoz de spicis que e queda p̄parac̄o ci
bi p decoccōne eet p̄hibita fieri in die sabti· exo· xvj· z c̄ xxviij quia
ibi e longº labor z distraccōnis coꝑoico lignoz z accensio ignis z
posicō uasoz ad ignē z sollicitudo circa decoccōne ut fiat oportune
tamē aliqne p̄paracōnes p̄m laboīs z p̄ue distraccōnis in die
sabti poterant fieri ut pote cibū decoctu die precedenti dispone
in uasis z ponē sup mensam z mappam z scilia z simil'r illa que
cruda ~~cocta~~ comedebant· ut hēbe licita erat lauare· uel sicut aut spicaz
nō uidet̄ mīq̄ ee laboriosa seu distractiua s̄z minus z p q̄ue licita
¶ Quod aut ult̄ᵃ arguit̄· q̄ dauid z viri eius erat in maiori nec̄c̄ite
famis quā discipuli ihu nō uidet̄ verisile· hēbant em̄ aliquam·
pecuniam ul' aliqua precipuiora ad h̄ndu cibū aliunde· que discipli
ihu nō hēbat· quia sine pecunia z p̄ea z cu simplici ueste incedē
incedebant· vn̄ ~~ne~~ achymelech summº sacerdos q̄siuit de nec̄c̄ite
dauid z uiroz suoz ad hᵒ q̄ daret eis licite pane sanctu s̄z solū
de mundicia coz maxie a mulieribus ut pz· iº Reg· xxj· capº ¶
¶ Qd aut inniutur ultra q̄ dauid peccauit panes illos comedendo
pz falsm̄ non solū p uerba saluatoris sui excusantis· s̄z eciā p scripturaz
ueteris testamenti que nō reprobat dauid comestione nᶜ achymelech

confessione et quia summus sacerdos erat non est verisimile quod ignoraret
quid esset licitum vel illicitum circa observanciam sabbati. Ipse autem
dixit si mundi sunt pueri maxime a mulieribus manducent q. d.
fames supposita dicta mundicia faciat comestionem licitam. Quod autem ultra
dicitur quod eadem racione debuit excusare vel relaxare adulterium cum
Bethsabee et homicidium Urie. Dicendum quod est simile nam ista sunt per se mala nec
possunt bene fieri propter quod in talibus non habet locum dispensacio. Quod autem ultra
dicitur de sacerdotibus in templo manualiter operantibus et licite non
solum accendendo ignem vel pocius nutriendo sicut precipitur Levitici
vi. capitulo. Ignis in altari meo semper ardebit quem nutriens sacerdos
subiciens ligna mane per singulos dies sed eciam hostias lavando
et super altare cremando. Et hac racione templi vel pocius divini cultus
ibidem fiendi eadem racione vel maiore discipuli presente Ihesu et eos licenciante poterant licite vellere spicas. Dato quod alias esset illicitum
non est bene clarum ut secundo dicitur est in subditis salvator. Dico autem vobis quod
maior templo est hic et cetera. Sequitur.

Octavo accipit iudeus Matthei xii capitulo. Omne peccatum et blasphemia
dimittetur hominibus spiritus autem blasphemie non dimittetur.
Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei. Qui autem
dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque
in futuro. Ex hiis arguitur. Vos christiani dicitis quod pater et filius et spiritus
sanctus sunt unius substancie essencie et unius voluntatis. Quomodo
ergo est verbum seu blasphemia contra ipsum spiritum sanctum et non contra
filium et patrem et quomodo unus remittit peccatum vel blasphemiam sine alio.
Hec enim que videntur haberi ex verbis ibi implicant contradiccionem
nam si sunt unius essencie et unus blasphematur et alter non sequitur
quod idem blasphematur et non blasphematur. Si sunt unius voluntatis
si unus remittit et alter non sequitur quod idem remittit eidem blasphe-
manti et non remittit que sunt duo contradictoria. Item de anima
blasphemantis ipsum spiritum separata quero ubi sit scilicet in celo vel in
gehenna. Si dicatur quod in celo sequitur quod spiritus sanctus sit impo-
tens ad puniendum blasphemiam illatam sibi et a deo non remis-
sam. Si autem dicatur quod est in gehenna sequitur quod pater et filius sint
impotentes ad salvandum cum tamen remiserint blasphemiam. Item
si duo remittunt scilicet pater et filius et spiritus sanctus non remittit quid prodest
sicut blasphemanti et quid sibi nocet. Si spiritus non remittit ex quo

implicatam

pr̄ et filius remittitur ei ex hijs ergo que s̄ videtur frivola et contra
dictionem implicatam qui tamen sequitur ex verbis ihu nazareni
concludit quod eius doctrina sit nullius momenti ¶ Satis patet intelli momenti
gentibus quod obiectiones iste procedunt ex ymaginatione falsa
circa articulum sancte trinitatis et ideo declarandum est ¶ Primo ex scripturis
hebraicis quod in essentia diuina plures sunt persone ¶ Secundo quod secundum textum
textus soluentur obiectiones ¶ primum declaratur per principium sacre scripture
In principio creauit deus celum et terram · vnde hebraica sic habet
In principio creauit heloym celum et terram ¶ Est autem heloym plurale
huius nominis el · vel heloym quod significat idem quod deus · per hoc ergo
quod hoc nomen plurale heloym coniungitur cum verbo singularis numeri
cum dicitur · creauit heloym · ac si diceret · creauit dii ostenditur quod in
deo est pluritas suppositorum eo quod suppositi aliqualiter · sed per vnitatem
actionis · ostenditur vnitas essentie in tribus suppositis vel personis
que licet non sint tres dii tamen sunt tres vnum deitate habentes
¶ Sed ad hoc respondent iudei dicentes quod hoc nomen heloym indifferenter
accipitur pro plurali et pro singulari · et quando accipitur pro deo non semper
tenetur pro singulari et hoc patet sic · nam aliquando accipitur pro deo non
et tamen coniungitur cum adiectiuo pluralis numeri quod non esset si teneret
pro singulari ¶ Exemplum primi · Iosue vltimo capitulo Non poteritis seruire domino
deus enim sanctus ipse · hebraica veritas sic habet non poteritis seruire
domino quia heloym sancti et ipse ¶ Item Iere · xxiij peruertistis
verba dei viuentis domini exercituum · hebraica veritas sic habet · per
uertistis verba heloym viuencium domini exercituum · patet autem
quod iste auctores loquuntur de deo vero ¶ Nam Iosue loquebatur populo de serui
tute dei veri ut patet litteram intuenti ¶ Similiter hoc patet de secunda
auctoritate · nam vbi habemus domini exercituum in fine auctoritatis pro hoc
nomine domini in hebreo ponitur nomen domini tetragrammaton quod
de solo deo vero potest dici ut declarat rabi moyses in libro de directione per
plexorum et tamen in istis auctoritatibus hoc nomen heloym coniungitur
cum adiectiuis pluralis numeri · ut patet · Exemplum autem secundi scilicet quod
hoc nomen heloym · coniungitur cum verbo pluralis numeri · ut habetur ij
Re · vij capitulo que est gens ut populus israel in terra · propter quod deus iuit ut
redimeret eum in populum hebraica littera sic habet · que ut populus tuus israel
vna in terra propter quam iuerunt heloym ad redimendum eum ¶ Ad ista est re
sponsio ¶ Quis est homo ut sequi posset deum regem factorem suum

hebr. ſic habetur. Quis eſt homo ut intret poſt regem qui iam fece-
rat. patet igitur ex modo loquendi hebraico quod in divinis eſt plura-
litas ſuppoſitorum et unitas eſſencie quam moyſes et alii prophete debuerunt
intelligi ſtudioſis in legem per talem modum loquendi. Secundo
dicit quod in divinis eſt trinitas perſonarum ſeu ſuppoſitorum. yſa. xlviii
Non a principio in abſcondito locutus ſum ex tempore antequam fie-
ret ibi eram et nunc dominus deus miſit me et ſpiritus eius. Quod autem
ſit verbum domini loquentis patet per literam precedentem cum di-
cit Manus quoque mea fundavit terram et dextera mea menſus eſt
celos etc. et ſub eodem contextu ibidem loquens dicit et nunc dominus
deus miſit me et ſpiritus eius. Similiter per literam immediate ſequen-
tem cum dicitur hoc dicit dominus deus redemptor tuus ſanctus iſrael.
In auctoritate vero premiſſa exprimitur deus a deo et ſpiritu eius. Inter mitten-
tem vero et miſſum ſemper eſt diſtinctio perſonalis et ſic iſta ſcriptura
impleta fuit in incarnacione filii qui eſt deus miſſus in mun-
dum a deo patre et ſancto ſpiritu. Item ecclesiastes iiii capitulo funiculus tri-
plex difficile rumpitur. Gloſa hebraica ſenſus eſſe videtur trini dei
unius non difficile diſſolvitur. Sed hanc gloſam moderni iudei pluri-
retorquentes hanc trinitatem ad tria attributa divina que ſunt potencia
ſapiencia et bonitas. Sed videtur hic eſſe ſententia gloſe per hoc quod dicit non
de facili diſſolvitur. quilibet enim et ſatis ſimplex ſcit deum eſſe poten-
tem ſapientem et bonum. Item ſicut deus operatur per ſuam
potenciam ſapienciam et bonitatem ſic artifex creatus operatur per ar-
tem ſuam ſicut per regulam directivam et per potenciam ſuam
qua tranſmutat materiam ad formam ſanctam vel lecti ſeu alterius
huiuſmodi. et per appetitum bonitatis ſue. et iſta tamen multo plus dif-
ferunt in eo quam potencia ſapiencia et bonitas in deo et ideo
et ſi propter iſta tria deus diceretur trinus et unus in gloſa predicta multo
fortius quilibet artifex diceretur trinus et unus quod non eſt verum et con-
iungere ſingulare cum verbo plurali numeri dicendo hyram fecerunt
templum ſalomonis ſicut de deo G. dicitur quod eſt ter qui fecerunt
hominem. Item ſuper illud pſalmi xlix deus deorum dominus locutus
eſt ubi in hebreo ponuntur tria nomina divina et in tranſlatione ſecundum
iuxta hebreum habetur fortis deus dominus locutus eſt. Querit
gloſa hebraica. quare aſaph ter nominavit dominum in principio
huius pſalmi et reſpondet. quia deus in tribus proprietatibus creavit ſeculum

proprietates autem iste formaliter constituerunt tres personas quarum
opera sunt indiuisa asaph autem auctor fuit dicti psalmi Ista vero que hic
dixi de trinitate personarum in vnitate essentie tractaui diffusius
in quadam questione de quolibet qualiter per scripturas hebreorum
ostendi possit misterium christi quantum ad aduentum eius primum esse
completum Ex dictis patet quod non est contra intentionem antiquorum
hebreorum dicere pluralitate in deo dum tamen vnitas essentie teneatur
quod nos christiani tenemus simul et fideliter confitemur // hiis dictis venien-
dum ad obiectiones Circa quod sciendum saluator mathei xij distinguit
blasphemiam contra filium hominis a blasphemia contra spiritum sanctum
prima notans verba indeuotum nequiter prolata contra benignitatem
humanitatis sue comedebat enim et bibebat cum hominibus etiam aliis
cum peccatoribus sicut clementissimus medicus cum egrotis et ex hoc
iudei vocauerunt eum voracem potatorem vini publicanorum
amicum ut habetur mathei xj capitulo et hanc blasphemiam dixit saluator
s' remissibile eo quod erat excusabilis in parte excusabilis consideratione
fragilitatis humane Secundam vero blasphemiam vocat verba contra
diuinitatem suam nequiter dicta videntes enim ab eo fieri expulsiones
demonum illuminationes cecorum suscitationes mortuorum et similia
que non poterant fieri nisi virtute diuina Iudei tamen attribuebant
ea virtuti demonis dicentes mathei xij hic demones non eicit nisi
in belzebub principe demoniorum et hanc blasphemiam dixit sal-
uator irremissibilem non simpliciter sed difficile remissibilem
Nam ex parte blasphemantium non erat aliqua excusabilis ratio
nec in parte et quia talis blasphemia contrariatur principio remissi-
onis peccatorum quod est virtus diuina et quia eadem est deitas in tribus
personis ideo blasphemans contra vnam personam blasphemat contra
aliam et similiter eadem est bonitas in tribus ideo vna persona non
remittit sine alia nam opera trinitatis sunt indiuisa remissio tamen
peccatorum aliqui persone spiritus sancti attribuitur quia principium
remissionis huiusmodi est bonitas quod est attributum spiritus sancti patet
igitur quod obiectiones inde superius posite procedunt de falsa ymagina-
tione // Restat autem ondere quod irremissibile vno modo de difficili
remissibile hoc primo patet v metaphysice quod impossibile et intransi-
bile vnomodo dicitur quod nullo modo potest fieri nec transiri alio modo
quod potest sed de difficili hoc et declarat de omni modo loquendi

Dicit enim de certo perfecto quod non potest videre simpliciter et de certo
quod non potest videre quia videt cum difficultate Tercio hoc declaratur
ex modo loquendi scripture veteris testamenti Josue considerans dif-
ficultatem populi ad bonitatem et pronitatem ad malum dixit Josue 24
non poteritis servire domino etc. non intellexit de impossibilitate simpliciter
sed de difficultate nam ibi subditur quia invitus servivit populus ex-
deum ut serviret domino Item Iere. xiii capitulo dicitur si potest ethi-
ops mutare pellem suam et pardus varietates suas et vos po-
teritis benefacere cum didiceritis malum quod enim ethiops et pardus pos-
sint mutare pelles suas hoc est impossibile simpliciter Sed quod assuetus ad
mala revertatur ad bene agendum non est impossibile sed difficile eo
quod habitus viciosus inclinat ad male agendum per modum nature
Exemplum habetur in manasse rege qui diu fuit assuetus in pessimis
et tamen finaliter reductus fuit ad bonum virtutis ut patet ii. Paral.
xxxiii et in fine libri Paral. ubi ponitur eius oracio ¶ Quod autem inda-
quirit ultimo de anima blasphemantis ubi sit Dicendum quod si recessit a
corpore cum peccato blasphemie est in inferno Si non recessit totaliter ex-
pedita quantum ad culpam et penam est in celo Si autem recessit
liberata a culpa sed adhuc ad penam temporalem obligata detinetur
in purgatorio donec purgetur et sic ad gloriam transferatur nec ali-
qua persona divina est impotens ad salvandum eam vel puniendum
quia sicut tres persone sunt unus deus ita sunt unus omnipotens
ad faciendum de creatura quidquid placet sibi secundum ordinem sue
sapientie et iusticie etc. Sequitur capitulum xx ¶

Nono capitulo accipit videns verbum Ihesu nazareni quod scribitur
Mathei xviii capitulo Non est voluntas ante patrem meum qui
in celis est ut pereat unus de pusillis istis et ibidem premittitur venit
enim filius hominis salvare quod perierat ¶ Item Mathei xiii capitulo dicitur in
parabolis loquor eis quia videntes non vident et audientes non au-
diunt et intelligunt Ex hiis autem arguit sic si venit salvare quod
perierat ut dicit et tamen non loquebatur peccatoribus parabolice
ut non intelligerent nec per consequens converterentur et salvarentur ut
ibidem in ewangelio subditur ista videntur manifeste sibi contra-
dicere scilicet quod quereret salutem peccatorum et non quereret vel vellet
Item istud ultimo videtur destruere verbum domini Eze. xviii Nolo
mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat Dicendum

q xpus non semp loquebatur parabolice sed aliquando plane
et aperte tractavit ea que sunt de salutis necessitate ut pz Math.
vi. et septimo ubi tradidit formam perfectionis evangelice sed
quoniam ad eius predicacionem veniebant homines maligni
non ad discendum sed ad insidiandum ei ideo tunc loquebatur pa
rabolice ut non intelligerent ne daret sanctum canibus et poneret
margaritas ante porcos. Aliquando etiam fidelibus et devotis
loquens parabolam premittebat et postea exponebat ut ex
premissione parabole et veritas graciosius aperiretur. hic mod
loquendi communiter in cottidie predicacionibus observatur. Patet igitur
q ihesus aliquando loquebatur parabolice aliquando plane et hoc ro
nabiliter. Nam ezechiel et alii prophete frequenter utroque modo loque
bantur ut patet eorum libros intuenti. Moyses etiam aliquando
loquebatur populo velata facie aliquando vero sine velamine.
Item iudeus arguens contra ihm eo q dicit in parabolis loquor
eis quia videntes non vident etc. arguit contra deum veteris
testamenti et per consequens contra scripturam. dicit enim dominus
ysaie vi capitulo Excecat cor populi huius et aures eius aggrava
etc. quam autem ihesus hic allegavit tamquam impletam
in sua predicacione perquam simplices illitterati fuerunt il
luminati in apostolis et sacerdotes et scribe fuerunt excecati sicut pleni
us dixi ysa. sexto capitulo nec obstat q verba sunt hic aliqualiter
mutata. nam apostoli et eius evangeliste allegantes vetus testa
mentum magis curaverunt allegare sensum scribentium quam
verba. Hec autem excecacio predicta fuit ab antiquis doctoribus
iudeorum exponentibus in libro typhe .i. decoris illud q +
dixit moyses de populo israel deut. xxxii capitulo generacio prava [illegible]
atque perversa hec-ne reddis domino ipse stulte et insipiens.
glosa. stulte in hiis que precesserunt et insipiens ad seculum
venturum. per q intelligitur tempus messie in glosa hebraica ubique.
Quod autem ulterius dicit ihm destruere verbum domini dicentis
Nolo mortem peccatoris etc. non valet nam in populo sunt penitentes
tes et obstinati de penitentibus dicit dominus istud verbum
et multa similia de obstinatis autem dicit comminacionem asperam
et totalem destructionem. Job xxi. Ducunt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descendunt. et hoc patuit per effectum

anchore et sibi adherentes · Numeri · xvi · et ideo si arguit destruxisse dominum verbum eadem racione sequitur quod deus destruat verba
sua quod est iniquum et contra seipsum maxime cum in verbis
domini in eodem contextu litere talis modus loquendi contrarius
de obstinatis et penitentibus frequenter invenitur deutronomii · xxxii · capitulo · ego occidam scilicet obstinatos et ego vivere faciam
scilicet penitentes et psalmus lxxvii · Cum occideret eos querebant eum
et revertebantur · occisio refertur ad obstinatos peccatores reversio vero
ad penitentes qui aliorum pena territi penitebant etc.

Decimo accipit iudeus illud quod scribitur Matthei · xxi · capitulo · Mane
autem revertens in civitatem esuriit et videns fici arborem · unam secus viam venit ad eam et nichil invenit in ea
nisi folia tantum et ait illi · Numquam ex te nascatur fructus
in sempiternum et arefacta est continuo ficulnea · Ex hiis arguit sic · Si ihesus fuisset deus cognovisset a longe fructum ficulneam non habere nec ad eam ivisset · Item cum dicat benefacite hiis qui oderunt nos quomodo maledixit arbori que nichil nocuerat ei · et ideo videtur hoc fecisse ex ire perturbatione //
Dicendum quod ihesus non solum in quantum deus quem nichil
potest latere scivit fructum in arbore non esse · sed etiam in
quantum homo quia quilibet etiam satis simplex poterat
istud scire cum non esset tempus ficorum · ut dicitur Marci xi
capitulo · Ad quid ergo venit ad arborem fructu vacuam · Dicendum
quod sicut prophete veteris testamenti aliquando prophetizabant verbis
aliquando sensibilibus signis sicut Ieremias predixit destructionem civitatis ierusalem per caldeos et portavit cathenas ligneas in collo suo · ut habetur Ieremie xxviii capitulo ad significandum
quod populus cathenis vinctus duceretur in captivitatem ita ihesus
qui dicitur propheta · luce · x · capitulo et de quo predictum fuit deutronomii
xviii · prophetam suscitabit nobis deus de fratribus vestris etc.
destructionem civitatis ierusalem futuram per romanos predixit
luce · xix · eo quod non cognovisset tempus visitacionis sue · scilicet
per christum quemquidem cognicio ad sacerdotes et legis peritos pertinebat · et ideo defectum eorum et punicionem significavit vel insinuavit
per sensibile signum arboris fructu carentis · nam ipse vocat
ad sacerdotes et legisperitos · quorum fructum boni operis

esuriebat natus bonis operibus inuenit et per maledictionem arboris eos a deo maledicendos significauit et per eius arefactionem eorum destructionem prefigurauit nam postea capta ciuitate per romanos cum sacerdotes veniam peterent Titus ante iussit eos occidi dicens eos esse dignos ita qui templo et numino ceperunt sup viuere. patet igitur ex predictis quod ihesus circa ficulneam nichil fecit ex ignorantia seu perturbatione ire sed ex magna ratione etc. Sequitur.

Undecimo accipit iudeus verba ihesu. Math. xxvj capitulo. Tunc venit ihesus cum illis in villam que dicitur gethsamani et dicit discipulis suis Sedete hic donec vadam illuc et orem et assumpto petro et duobus filijs zebedei cepit tristari et mestus esse. tunc ait illis tristis est anima mea usque ad mortem Sequitur procidens in faciem suam orans et dicens Pater si possibile est transeat a me calix iste etc. Ex hijs dictis arguit sic Si deus esset quomodo orauit. ipsius enim dei non est orare sed ab alijs orari ut sic liceat loqui Item quis umquam audiuit de deo tremente et timente cum deus sit omnipotens ad faciendum quod vult sine difficultate Si autem dicatis quod iste timor et tremor fuit in carne Sed non in anima quis esset ita fatuus qui ignoraret carnem dolorem timere vel tremere nisi per animam Item per hoc quod dicit transeat a me calix iste etc. patet quod in eo non fuit virtus ad saluandum vitam suam et carnem per superius dicta facile potest solui ista declaratum est 6° per scripturas hebreorum quod messias in veteri testamento promissus futurus erat verus homo et verus deus in vna persona Item quod redempturus erat mundum per passionem suam in humana natura Item quod ihesus nazarenus est vere messias iudeis promissus. ideo habuit corpus passibile et mortale pro nostra redemptione usque ad suam resurrectionem in qua habuit corpus immortale et gloriosum Dicendum igitur quod ihesus nazarenus in humanitate pro nobis assumpta in qua est minor patre orabat eum pro nobis sicut scribit ysaie. liij capitulo et pro transgressoribus orauit ut non perirent. quod capitulum intelligitur de xpisto ad literam sicut ibidem multipliciter declaratum Orauit etiam pro se ipso Johannis xvij capitulo. Pater clarifica filium tuum Quod autem arguit de timore et tremore et

tristicia · dicendum quod ista non fuerunt in natura diuina · quia hoc est impossibile nisi tantum metha[phorice] · sicut Genesis vi capitulo dicit et tactus dolore intrinsecus delebo inquit hominem quem creaui a facie terre · Similiter nec in natura humana · quantum ad parte anime superiorem que est intellectiua in qua ihesus ab instanti sue concepcionis fuit comprehensor et summo gaudio fruebatur · Sed quantum ad partem anime inferiorem que dicitur sensitiua et est in organo corporali in qua ihesus fuit viator fuerunt predicta ad opus nostre redempcionis et ut in ipso ostenderet uera natura sensibilis contra futuros hereticos qui dicturi erant quod xpistus non habuit corpus passibile sed celeste · Quod autem ulterius inducit transeat a me calix iste · dicendum quod hec peticio erat sensualitatis sicut morientis que naturaliter horret hominem sed erat racionis ponentis · tantum pergnam tamen racionem ihesus acceptabat mortem quia uoluntas racionalis erat in eo totaliter uoluntati diuine conformis ideo dicebat Uerumtamen non mea uoluntas sed tua fiat · et accipitur hic uoluntas pro appetitu sensitiuo quod appetitus intellectiuus superabat idem de ipso scribitur · ysaie liii capitulo Oblatus est quia ipse uoluit · In hebreo sic habetur · Angustiatus est quia ipse uoluit et infra eodem capitulo dicitur de ipso Tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est · propter hoc dicebat mt xxvi capitulo Spiritus quidem promptus est · i · uoluntas racionis prompta est ad mortem caro autem infirma id est sensualitas horret eam et hoc non solum inuenitur de ihesu nazareno sed eciam de martiribus in nouo testamento sicut patet de multis et eciam in ueteri testamento de machabeis a sanctissimis tormentatis et de eleazaro · de quo dicitur ii · mach · vi capitulo Sed cum plagis perimeretur ingemuit et dixit Domine qui habes sanctam scienciam tu scis quod cum a morte possem liberari graues corporis sustineo dolores secundum animam autem · i · secundum partem anime superiorem libenter hec patior · ¶ Quod autem arguit iudeus quod caro non dolet timet aut tristatur nisi per animam hoc est verum de anima sensitiua Sed quia nescit distinguere inter sensum et intellectum ideo facit ridiculum argumentum ¶

Vltimo accipit iudeus uerbum xpi dicentis capitulo

